

COMMENTARIOLUM METRICUM

Ulrich von Wilamowitz-
Moellendorff



Class 4188.95



Harvard College Library

THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817.)

6 July, 1896.



⊙

COMMENTARIOLVM METRICVM

I

SCRIPSIT

U. 1895

UDALRICUS DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

COMMENTATIO EX INDICE LECTIONVM QVAE IN VNIVERSITATE
GEORGIA AVGVSTA PER AESTATEM ANNI 1895 HABEBVNTVR
SEORSIM EXPRESSA.

GOTTINGAE 1895.

PROSTAT IN LIBRARIA DIETERICHIANA.

Class 4188.95
13295.27



Salisbury fund.

Delphis musicam artem invenit Apollo, Delphis primum ver-
sum composuit Phemonoe. cum Galli Brenno duce thesaurorum
cupidi sacram sedem invaderent, impietatem deus coercuit et ca-
stigavit. Soteriorum ludi in miraculi memoriam instituti per mu-
sicam et carmina deo gratias egerunt.

Delphos Galli nunc rursus occupant, terrae viscera pervesti-
gant, undique thesauros protrahunt, in ipsa adyta penetrant. ve-
rum pia haec studia sunt, nec aviditati humanae nec ambitioni
inserviunt, deo sua restituunt, quae saeculorum barbaries turpa-
vit, situs abdidit. itaque orbis terrarum novis Soteriis Gallorum
virtutem et pietatem mox celebrabit libens merito, modo ne the-
saurorum nimis cupidi sint. nam nimis facile delentur quibus tem-
pus pepererat. barbari Asiani etiam nunc aedificia antiqua di-
ruunt vana auri spe inducti; sed etiam perquirere delubra et se-
pulcreta ut statuas supellectilem titulos protrahamus doctum latro-
cinium est. quisquis Graeciam peragravit non unius loci meminit
quem religiosa vel minimarum reliquiarum cura perpurgavit: ta-
em Eleusina vidi cum admiratione; alibi per falsam illam quae-
rendi rationem multa mala accidisse idem haud ignorabit: etiam
in Delum qualem nuper vidi Sibyllae illud convenit *ἔσται Ἀήλος*
ἄδηλος. sed Delphis melius consulturos esse viros egregios con-
fido, quibus tanti operis perficiendi gloria contigit; non possunt
ea ignorare quae Deli peccata sunt aut cur peccata sint et quodam
modo excusari possint, coeperunt etiam his damnis quatenus fieri
potest mederi. ac Pythius principia pii operis favore suo prose-
cutus felicibus Gallorum rastris statim obtulit musicae sacrae ali-
quot specimina, in quibus et edendis et illustrandis et doctorum
indoctorumque studio et curiositati commendandis tantam video
praestitam esse sollertiam subtilitatem dexteritatem, ut omnia ad
finem augurer perductum iri qualem omnes exoptamus.

Ergo unius certe vere Gracci carminis modos auribus percipere possumus. magnum hoc est; a Mesomede ad Cleocharem ascendimus, hoc est a Luciano ad Menippum, ab Alciphronem ad Philemonem. quamquam longe etiam nunc absumus a Timotheo aut adeo Pindaro. sed de ipsis modis musicis dicere meum non est, qui ab hac Musa plane alienus sim. sed etiam metrico nova Aristonoi¹⁾ et Cleocharis carmina maxime sunt accepta, non propter numeros ipsos (nihil enim nos docent exiles glyconei solemneve cretici, poetica autem virtus etiam inferior est), sed propterea quod numeris facillimis, qui e metris constant puris usque ad catalexin aut brachycatalexiam continuatis, modi non respondent. leguntur enim supraposita multis syllabis sonorum signa; syllabas signo carentes proximae syllabae sono cantatas esse probabiliter statuitur. at haec signa neque quantum temporis in quoque sono canendo consumendum sit, neque quo pede cantus incedat, ullo pacto indicant. itaque nihil omnino ad numeros aut describendos aut metiendos adferunt utilitatis. sed longae syllabae haud paucae miro scribendi genere leguntur duplicatae, sive unus eis sonus respondet, sive duo. vocales simpliciter iterantur, *πρωωνα, Δειλφισιν, ταασδε*; in nonnullis diphthongis idem fit, *Φοιοιβος, μααντειειον*; syllaba positione producta in duas breves videtur quasi solvi intrusa nova vocali, *πετερας*; diphthongi aliae in vocales suas dirimuntur, *ταουρων, εουνδρου*, nam brevem *υ* Delphus scriba non poterat aliter significare atque in vicina Boeotia fiebat; Asianus fortasse *ταορων* dedisset. denique *κλυταιεις, ευχαιεισι* legimus. quid hoc? mihi quidem res satis videtur esse perspicua. pronuntiabant in canendo *ta-uron e-uhydru ta-aside*, sed *Phoi-oibos* vel *Phoe-oebos, eukai-isi*; nam *ει* pro saeculi more longam *i* significare consentaneum est. quam vero rationem numeros inter et modos arbitramur intercedere? ne hoc quidem videtur obscurum esse. nimirum cum poeta creticos fecisset puros, musico et mutare syllabas (*πετερας* pro *πετρας*, quod cretico non minus conveniebat) et au-

1) Hunc Aristonoum cum per acta diurna legerem notum aliunde dici, diffidebam meae veterum litterarum cognitioni. nunc eum video O. Crusio, qui inter nostrates nova musicae Graecae incrementa diligentissimo studio persequitur, eundem videri atque Aristonoum Corinthium Lysandri aequalem. hunc doctissimis viris qui principes haec carmina ediderunt non magis ignotum fuisse credo quam mihi erat. sed dedicationem Aristonoi et decretum in honorem eiusdem factum ab alio aut alio tempore lapidi incisa esse quam a poeta ipso ab omni veri similitudine abhorret. atqui et sermo et dialectus et scribendi ratio hunc lapidem quarti saeculi initio attribui vetant. itaque Aristonous Lysandri aequalis unus e maioribus huius poetae fuit.

gere ad arbitrium licuit. quodsi cretico pede etiam cantus incederet, misere pessum daretur. *τάσδε πέτρας ἔδρανα μετὰ κλυταῖς Δελφίσι*ν tetrameter est creticus. *ταασδε πετρας εδρανα μετα κλυταιεις Δελφισιν* quid sit nescio: sed rhythmicorum audaciam valde miror qui, ut creticis numerus et in sonis et in verbis conservari possit, ubicumque vocales repetitae sunt, longam syllabam in duas breves solutam esse statuunt; argumenta adferre quasi in re explorata supersederunt. quibus ut condonem *ω* brevem vocalem dici, breves diphthongos, *ει* pro brevi vocali scriptum non possum condonare, multoque etiam minus syllabam insequentibus *sd* vel *mbr* corripi (*ταασδε αμβροτον*). illa absurda sunt, absurda tamen multa committuntur: hoc, donec lingua Graeca in ore Graeco Graece loqui credetur, fieri nunquam poterit. an ideo nihil temporis in consonis pronuntiandis consumitur, quia in cantu pronuntiantur? postremo Aristophanis aut Euripidis artem in testimonium voco: qui cum syllabam unam in sex syllabas extenderet *ειειειειειλισσετε* (Ran. 1314), in sex brevis syllabae trientes solvisse credi omnino non potest.

At quo tandem pede incessit Cleocharis cantus? nescio. quid quod fieri potest, ut modos Cleocharis e rudibus huius lapidis signis resuscitare plane certo non possimus, praesertim cum musicam doctrinam et sonorum signa magnam partem ex infimae aetatis compendiis cognoscamus. quod si ita est, utique dolendum est, utrum sit necne, ego neque scio neque quaerere possum. at id quod liquide apparere aio minime dolendum est, nempe idem atque hodie etiam inter Graecos fuisse, aliam fuisse metricam artem, aliam musicam, suisque tantum legibus utramque fuisse obstrictam. cum poeta carmen fecisset linguae et numeris parens (eisdem autem numeris etiam orator in dicendo et quicumque bene scribere volebat in scribendo parebat), musicum modos quaesivisse huic carmini aptos, convenientes igitur necessario etiam numeris carminis et verbis et sententiis, minime tamen servientes orationis numeris, sed musicae unius legibus pro ingenio et sensu eius qui modos inveniret oboedientes. nequaquam nego fuisse antiquissimis temporibus tantam omnium artium infantiam, ut eodem pede tres artes sorores incederent semper, poesis musica saltatio; nullus dubito, quin inter Graecos pro linguae ratione syllabarum quantitatem unice observante et pro artis musicae tenuitate (tenuitatem vocare pro hodierna eiusdem amplitudine fas est) carminis vis et auctoritas potior fuerit. at fuit tamen musica, fuit etiam metrica, quas qui confundit alteramve utram alteri facit imperantem, iniuriam infert utrique. Cleocharis ille versus fecit creticos, quorum simplices

parumque culti numeri nullam aurem fugere possunt, eisdem idem cantum addidit quem cum illa simplicitate numerorum neutquam conspirare manifestum est. sed carmini conveniens visus est necessario et Cleochari, utriusque auctori, et aequalibus, utroque delectatis.

Accedit aliud quod et in iudicandis Cleocharis modis, sive placent nobis sive displicent, probe tenendum est, et ne eandem quae in modis et numeris hic obtinet rationem omni eiusdem aetatis musae imputemus, valde dissuadet. sacra enim haec omnia esse et obsoletam antiquitatem referre numeri maxime docent. nam cretici illi in paeano Delphico iam ante Solonem et Sacadam legitimi fuerant. testatur hoc in Delphico hymno Homerus 516

οἱ δὲ ῥήσσοντες ἔποντο

Κρήτες πρὸς Πυθῶν καὶ Ἰηκαιήν' ἄειδον,

οἳοί τε Κρητῶν παιήονες.

atque maxime memorabile est, tam vetustis temporibus pedi quem et paeonem et creticum vocamus haec nomina iam fuisse. hunc pedem deinde Thrasy-machus, rhetorum princeps, pedestri orationi imprimis idoneum esse dixit, ex quo eundem a poetis fere spretum esse merito conligimus. Aristoteles quo loco Thrasy-machi sententiam refert (rhet. III 1409*) carminum creticorum duo apponit principia. quae cum Apollinem invocent in huius dei sacris vetustos numeros ctiamtum viguisse docent. atque ipsa carmina vetusta fuisse probabile est: ad Simonidem (26¹) certe futtili ratione rettulit Bergk¹). nam florentissimi poetae cum sua ac

1) Simonides alicubi nomen Ἐκατον inde repetivit quod Apollo serpentem centum telis occidisset. quod veriloquium a grammaticis olim notatum usque in serae aetatis theologica compendia pervenit, quibus usi sunt et Eustathius ad A 75 et Tzetzes in eiusdem carminis Exegesi. operae pretium est, theologica illa et allegorica quae apud hos duos viros Byzantinorum doctissimos, quibus tertius Psellus accedit, servata sunt colligere et ad auctores suos revocare. simili autem scripto neoplatonico quo centenarii numeri virtus praedicabatur Iulianus doctrinam epistulae 24 debet, ubi idem de Simonide tradit fortasse paulo plenius, Apollinem Ἐκατον dici διότι τὸν Πέθωνα τὸν δράκοντα βέλεισιν ἑκατὸν ὡς φησιν Ἰηκείωσας, καὶ μᾶλλον αὐτὸν Ἐκατον ἢ Πέθιον χεῖρην προσαγορευόμενον, ὡς ὀλοκλήρου τινὸς ἰππωννμίας συμβόλῳ προσφωνούμενον. altero nomine magis gaudere deum vetus poeta dicere potuit: ratio utique philosophi est. sed vel in illis Iuliani fides sublesta est, qui versus Simonideos numquam vidit sed aliena eruditione incaute utitur. velut Pythonis hoc nomen Ephoro non videtur esse antiquius, et Pindari locum quem paulo antea adfert Iulianus audacter epiniciis adscribit, qui libri iam tum paene soli e Pindaricis extabant; falsum hoc esse dudum constat, quamquam ad scolia (quae nulla omnino fuerunt) Boeckh¹, ad prosodia (93) Bergk¹ fragmentum non videntur iure rettulisse, quod nunc exponere longum

nova dare mallent, horum numerorum simplicitatem fere spernebant, in cantu autem sacro priscas cantilenas servari iussit ipsa religio; Aeschylum quominus Delphis novum paeanem faceret recusasse memoriae traditum est (Porphyr. de abst. 2, 18). itaque Pindarus a creticis simpliciter continuatis plane abstinuisse videtur: num cretica sint politissima carmina Ol. 2 et Pyth. 5, quod vulgo creditur, nunc non quaero (dubito enim), certe longe numerosiora sunt. Simonidis tale est unum fragmentum, a Bergkio male discriptum 74

ἔγγελε κλυτὰ ἕαρος ἀδούδμου κνανέα χειλίδοι . . .

sed hanc hirundinis compellationem propius a cantilenis popularibus abesse quam a paeanum gravitate manifestum est. Bacchylides Boeotorum aut Thessalorum choro cantum creticum fecit (23), ut in Itoniae Minervae sacris mollem saltationem exhiberent (*ἀβρόν τι δεῖξαι*); idem e simplicibus trochaeis constans carmen collegio cuidam aut privato homini fecit in theoxeniorum minime lautorum usum (28); apparet ab avunculi et Pindari magnificentia eum ad popularis Musae gratam simplicitatem deflexisse; ephymnii usus, coniunctus cum iocosa amicorum compellatione (24. 25), idem docet. huius generis alterum est quod tenemus Bacchylidis fragmentum creticum (31) ὦ *Περίκλειτε, δῆλ' ἀγνοήσειν μὲν οὐ σ' ἔλλομαι*. nam Blassius etsi ea quae apud Hephaestionem tradita sunt ὦ *περίκλειτε δᾶλ' κτέ.* ad inclutam Delum docte rettulit, verum tamen non videtur vidisse, cum neque insulae haec invocatio placere possit, neque adiectivum *περίκλειτος* nymphae conveniat. *ἀγνοεῖν* potius adiectivum monstrat *δῆλα*, in Hephaestione ut multa alia per falsum Doridis falsae studium leviter obscuratum. ergo ita orsus est Bacchylides 'spero quidem, mi Periclite, te rem manifestam non esse ignoraturum, sed tamen dicam'.

Quod in poesi melica vidimus etiam Athenis evenit. tragoedia enim creticis vel inter alios numeros perraro utitur, integrum autem carmen unum ex eis constat idque in antiquissima Aeschyli tragoedia, Supplicibus 418—26. comoedia vero creticis tripudiis maxime gaudet vel in parabasi, parte et antiquissima et sacra, eademque Euripidi vitio vertit creticam monodiam, quam ille semel composuerat, ut Cretenses suos patriis numeris distingueret (Ar. Ran. 849. 1356 c. schol.). accidit nimirum ut ipso usu quasi con-

est. at Simonidis veriloquium appellationis Ἐκατος non posse componi cum principio paeanis quod Aristoteles servavit *Χρυστοκόμα Ἐκατε καὶ Διός*, tam perspicuum est ut nullum verbum addam. ne paeanem quidem a Simonide factum esse concludere licet.

tererentur atque vulgaria sensim et humilia fierent quae olim gravia et deis ipsis convenientia visa essent. tertio rursus saeculo populi inconstantia quod cupide petiit mature plena reliquit. per taesum erat Graecos Atticae Musae; ad prisca et obsoleta novis studiis redibant. epica carmina Homericò stilo, elegi ad modum Mimnermi, iambi in Hipponactis imitationem scribere coeperunt, satyros Phliasios reduxit Sositheus, aeolice cantare ausus est Theocritus. tunc igitur Simias Rhodius cum alios sacros modos tum creticos illos puros resuscitavit. trium carminum in enchiridio dedit specimina Hephaestio (13), e quibus primum adscribo, ut legentes videant, quam similia haec Cleochari sint. *μᾶτερ ὦ ποντία* (olim correxi; *πόντια* cod.; idem legit Orus, scripsit igitur fortasse Hephaestio, sed Simias non scripsit) *κλύθι νυμφᾶν ἄβραν Δωρὶ κνυοκτύπων ἤραν ἄλλων μυθῶν.* tunc maxime Delphica religio per Soteria ad novum splendorem augebatur; itaque novi succrescebant paeanes cum priscis numeris etiam modorum simplicitatem praefereutes, quorum alia specimina lapides exhibent recens reperti, alia (nisi forte eadem) per libros divulgata ne scholiastis quidem Hephaestionis ignota sunt¹⁾. quaesita in his est antiquitatis species. iussit sacra lex vel potius superstitio, in quam vere sancta religio iam erat mutata, easdem dei laudes eisdem numeris celebrari, eodem fuco et saltationis et cantionis modos tinctos fuisse consentaneum est. Pindaro et nobis etiam, si Pindari religionem colimus, risui aut taedio fuisset pompa *καλὰ καὶ ὑψηλὰ βιβῶσα*, severam sexti saeculi gratiam haud felicius imitata quam in pseudarchaeis citharoedorum anaglyphis spectamus, quae eidem superstitioni vitam debent. similiter ne iudicandum sit de Cleocharis modis vereor, quamquam musica, omnium artium brevissima, sicut animos mortalium dum recens est vehementissime commovet, ita suae aetatis sensui maxime se applicare solet. itaque multo audacius et licentius se gessisse Philoxenum et Timotheum credo, haud secus atque multo numerosiores Cleochari Pindarus et Simonides sunt. quodsi nihilo secius in cantu antiquitatem captante modi cum metri numeris non conspirant, actum est de praeiudicata eorum opinione qui Graecos musicos ea libertate caruisse volunt, sine qua hodie nulla omnino esset musica. id quidem mihi quoque per-

1) Ad versum ab Hephaestione appositum *Θυμειλικὴν Ἰθὶ μάκαρ φιλοφρόνης εἰς ἔριν* Choeroboscus ab Hoerschelmanno in Studemundi Anecdotis p. 84 editus adnotat *ἐκ τῶν καλουμένων Δελφικῶν ἔστιν ἡ προκειμένη χεῖρσις μὴ ἐχόντων εὐ ὄνομα τοῦ ποιητοῦ.*

suasissimum est, ea aetate, qua Graeci poetae numerorum artem in fastigium extulerunt inaccessum ceteris mortalibus, musicam poesi ancillatam esse. sed mox suis pedibus insistere, suis viribus in altum eniti coepit, subdidit sibi poetae et numeros et verba, domina facta est scaenae, sicut hodie dominatur. cernimus huius mutationis initia in ultimis Sophoclis Euripidisque tragoediis, deplorant hoc comici, acerbo odio persequitur Pythagoreus Aristoxenus. nos vero aequiores esse decet. divina est tragoedia, divina etiam antiqua comoedia, quae musicam cum poesi coniungunt. sed cum haec sui iuris esse coepisset, non iam poterant sine ambarum detrimento coniungi: itaque nova genera nata sunt, in quorum altero musicae iam ancillatur poesis, novus dithyrambus, nova citharoedorum auloedorumque cantica; in comoedia vero nova sola iam vox humana vitae speculum obtinet. pro numerorum autem copia et varietate, quae in poematis sane obmutuit, Thrasymachus et Isocrates pedestrem orationem numerosam reddiderunt. quae artificia, sive probantur nobis sive improbantur, certe non minus singularia in omnibus omnium populorum litteris sunt quam Pindari numerositas.

Pro musica verba feci, etiamsi nihil in hac arte sapio, nam ne hanc quidem libertate sua privari patior. sed mihi quidem metrica ars cordi est, quam perditam esse aegre fero ab eis, qui nobiliore scilicet rhythmicorum nomine exultantes reconditam sapientiam iactant, versuum servatorum numeros explicandos esse e modis non servatis, pudendamque profiteri ignorantiam quin cantici Aeschylei numeros noviciis sonorum notis pingere didicerit. e fructibus arbor iudicanda est. ex quo R. Westphal, homo perquam ingeniosus, sed impotenti et turbulento ingenio, verique non minus negligens quam honesti, Westphalique sequaces doctrinae metricae imperium capessiverunt (non inter Germanos tantum; nam vel Jebbius a Porsono ad I. H. H. Schmidtium defecit), canticorum tragicorum emendatio cessavit. eo iam perventum est, ut novi syllabarum Procrustae quodvis corruptelae portentum numeris vel potius modis nullo negotio adaptent, ut canticum edendum duo inter se dispertiant ita, ut alter verba, alter numeros emendet, perinde ac si hos Cephisophon, illa Euripides dedisset, ut interim alii in syllabis examussim exaequandis perseverent, alii ullum in arte critica factitanda numerorum usum esse negent, denique ut tirones omni peste peius cantica fugiant. et hos quidem excuso. quis enim siccis oculis monstra novicia cernere possit, tropum hesychasto-episyntheticum et quae sunt similia inanum nominum terriaculamenta? eurythmiae autem labyrinthos ubi aspexerit, nonne

clamabit tiro 'hic habitat Minotaurus?' bene memini me ipsum adulescentulum novam tunc artem ingenti admiratione stupuisse. quippe *ἐλογιζόμενῃ ὡς νήπιος· ὅτε ἀνὴρ γέγονα, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου* intellexi *μυθῆκων ἀτραπούς* esse qui videntur labyrinthi, monstrumque biforme, quod c musica et metrica videbatur mixtum esse, e fumo constare, quem e fulgore tragicæ poeseos praeclari illi doctores dedissent. nihil vero facilius fumum et nebulas pel- lit quam ipsorum carminum fulgor. ab his proficiscendum est in re metrica, ad haec redeundum. itaque strenuos adulescentulos, qui consilio et institutione mea utuntur, ubi rei metricæ mysteriis initiari cupiunt, legere et ediscere cantica inbeo: mysteria hic nulla esse, sed aures ipsas in artem Graecam insinuandas esse, recitandum esse ut audire, audiendum ut recitare discamus. viva voce divinam canticorum pulchritudinem illustravit Godofredus Hermannus, quem constat in audientium animis sensum veteris poeseos sic multo acrius excitasse quam Elementis doctrinae metricæ fecit, libro plane admirabili. quamquam adlaborandum esse haud ignoro, ut ipsa haec rei metricæ doctrina a fundamento, quod in singulorum versuum et carminum explicatione est, ad fastigium usque exaedificetur, ita ut legem ipsam numerorum Graecæ linguae a natura innatam percipiamus et ab ultima origine quidquid deinceps per multorum et magnorum poetarum studia additum aut novatum est usque ad finem persequamur, quem constat eum fuisse, ut pro quantitate syllabarum accentus linguae numerum regere inciperet. quid quod a Graecis numeris ad omnis omnino numeri ac versus naturam transeundum erit. profiteor hanc philosophicam simul et historicam tractationem multo sublimiorem esse, neque semper ab ea mihi abstinendum fore spero. sed donec imperiosa rhythmicorum metaphysica plerorumque animos aut obstrictos tenet aut a studio carminum absterret, humilior ratio quasi empirica praestare mihi videtur. nam sicubi de certi carminis numeris describendis agis ut ars et ratio postulat, sententias et verba simul examines necesse est; unde statim patet, equos fructus metricæ tuæ studia ferant. constitui igitur per solemnem hanc prooemiorum scribendorum occasionem, nisi alia magis necessaria urgebunt, Graecorum carminum numeros eodem modo breviter explicare, quem in tragoediis aliquot, quas edidi, secutus sum. verbis enim opus esse vidi, cum Agamemnonis cantica, quamvis magnam curam in distinguendis versibus posuissem, vel ab eis qui doctrinam meam non contemnerent parum esse perspecta animadverterem. non deerunt periti, quos, si forte parum gravia aut sibi certe nota fere omnia me protulisse censebunt, rogatos velim, ne mea a me pluris aestimari

credant; tironibus maxime scribo, atque his quidem inutilia haec non erunt. postremo hoc pronuntio: si quas coniecturas feci et profero a me factas, cum etiam ab aliis factae sint et editae, auferant eas habeantque sibi. expulsis potius coniecturis quam inventis de poetis Graecis bene mereri studeo. et siquid veri inveni, ex inveniendō gaudium percepi quod meum est, laudem nullam expetivi, nedum alienam.

Primum iambica aliquot carmina tractabo, quod numerorum genus in tragoedia frequentissimum perfacile est ad intellegendum, modo scias pedem esse quem hodie vel prudentissimi metricorum dipodiam aut syzygiam perverse appellant; ne tamen ipso nomine turbas excitarem, pedem in iambis trochaeis anapaestis (quorum eadem ratio est) metrum dicere consuevi. ut recte legerentur quid maxime tenendum esset, ad Herculis parodum breviter exposui. praeter bisyllabi pedis errorem maxime solet peccari versibus admissis quos aut brachycatalectos aut hypercatalectos vocarunt iam antiqui metrici. nam si aut una aut duae syllabae metrum excedunt, hoc non excusatur inani nomine, sed demonstrat mensuram huic versui non convenire, ergo aut aliter eum esse metiendum aut corruptum. quippe ne Lachmanni quidem auctoritas efficiet, ut in poesi Graeca verba et numeros incommensurabilia esse credamus.

Iucundum mihi est a Supplicibus Euripidis ordiri, ut proprios errores castigem et emendem; nam tiro multa contra codices novanda esse ducebam, cum ea propter meam numerorum sermonisque inseitiam non intellegerem:

373 καλὸν <δ'> ἔγαλμα πόλεος εὐσεβῆς πόνος

χάριν ἔχει τὰν ἐς αἰεὶ . τί μοι <ε>

375 πόλις κρανεὶ ποτ' ; ἄρα φίλιά μοι τεμεῖ

καὶ τέκνοις ταφᾶς ληψόμεσθα;

ἄμυνε μοι πόλις ἄμυνε Παλλάδος

νόμους βροτῶν μὴ μαινεῖν. σύ τοι

σίβεις δίκαν, τὸ δ' ἦσσαν ἀδικία νέμεις.

380 αἰεὶ [τόν] διωστῆχῃ πάντα ῥήη.

duodecim metra sunt, continuata usque ad catalexin. in duobus quae ab ultimo proxima sunt metris altera brevis syllaba suppressa est, in quinto sextoque prior. constat hoc potissimum artificio iambos tragicos distinguī, et quod hoc canticorum Graecorum privilegium metricis antiquis ignotum, sed ne hodie quidem numeris Germanicis ereptum, primus recte observavit, praeclarum Westphalii meritum est. litterae quae in codicibus perierunt dudum restitutae erant; in ultimo versu articulum tollendum esse numeri

docent. quod vero sine omni coniunctione hanc ultimam sententiam Euripides adnectit, qua totius sententiae quasi summam ducit, et graviter facit et pro more suo, confer ex. gr. Herc. 771. 780. quapropter Canteri haud inepta coniectura improbanda est, qui νέμεις in νέμουσα mutabat. in describendis versibus maxime ideo peccabatur, quod propter sententiarum incisionem versus post *ἐς αἰέ* et *μιαίνειν* terminabantur, quamquam nulli omnino hic versus sunt; quod effecit ut numeri iambici perirent, excedebat enim una syllaba. quae cum in proximis deesset, et in strophe ultima metra male legebantur et in antistrophe, cum hanc lectionem respuerent, audacter mutabantur. — etiam priorem huius cantici stropham e puris iambis constare vix monerem, antistrophus enim qualis traditur hanc mensuram admittit, nisi ipse contra hunc numerum deliquissem, coniectura vel hanc ob causam reicula. sed ne sententias quidem, nedum verba Euripidis in his versibus videntur recuperari posse.

Suppl. 919 monostrophum est carmen hoc

*ὦ τέκνον, δυστυχίης δ' ἔτρεφον ἔφερον ὑφ' ἡπατος,
πόνους ἐνεγκοῦσ' ἐν ὠδίσιν·
καὶ νῦν τὸν ἐμὸν Ἀΐδας ἔχει μόχθον ἀθλίας,
ἐγὼ δὲ γηροβοσκὸν οὐκ ἔχω τεκοῦσ' ἅ τάλαινα παῖθα.*

distinximus τεκοῦσα ταλ. *Herminnus, δυστυχίη δ' ἔτρ.* ego (nam simulantem geminare distinguentis est, non mutantis): de sua fortuna mater queritur. praeterea τὸν ἐμὸν numerorum gratia ante Ἀΐδας traieci, traditur καὶ νῦν Ἀΐδας: τὸν ἐμὸν: ἔχει μόχθον ἀθλίας: puncta igitur turbati ordinis vestigium servant, cum tribrachyn versum nemo metricus dare potuerit. auribus etiam μόχθον ἀθλίας ἔχει magis blanditur, sed dum per numeros possunt ferri, ferenda sunt tradita. — periodi sunt duae, altera septem metrorum, altera novem; nam pausam una catalexis facit. breves syllabae haud paucae supprimuntur in lugubri cantu, maximeque tardat sonorum gressum quod catalexeos prima syllaba suppressa est (ὠδίσιν). hoc paullo rarius est, sed ipsa Supplicum tragoedia exempla praebet cum alia tum in carmine cuius antistrophum hic adscribo.

786 *ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' αἰέ
χρόνος παλαιὸς πατήρ ὦφελ' ἀμερᾶ<ν> κτίσαι.*

*τί γάρ μ' ἔδει παίδων;
790 τὸ μὲν γὰρ ἡλιζον ἂν πεπονθέναι
πάθος περισσόν, εἰ τέκνων ἀπεξύγην.*

νῦν δ' ὀρῶ σαφέστατον κακόν, τέκνων φιλιτάων στερείσθαι.
orditur a versu alius generis, qui aut ad glyconeos referendus est

aut potius cum popularibus istis numeris componendus, quos ab enhoplio denominavi. tum sex metra iambica in eam quam modo dixi exeunt catalexin. deinde undecim metris iambi decurrunt, suppressis autem brevibus species nascitur trochaeorum, in fine ithyphallici. verba omnia sana sunt, praeterquam quod unam litteram eximie supplevit Porso, *με δεῖ* rectius distinxit Marklandus. sed idem cum non intellexeret, quid matres vellent, *στειροῖσθαι* in *στειρεῖσα* mutavit, unde latius grassata est necessario interpolatio. nam haec est chori sententia. „utinam ne peperissem. quid enim indigebam liberis? tunc quidem opinabar, infelicissimam me futuram esse, si expers essem liberorum. nunc vero ipsa re doceor quid summum malum sit: liberis orbari“. nihil attinet errores coniecturarum persequi.

Ultimum tragoediae canticum a filiis et matribus septem du- cum vicissim cantatur; num potius unus puer et una mater pro omnibus cantaverint, nunc quidem quaerere nolo. tria stropharum paria sunt, quorum aut stropham aut antistrophum adscribo, prout emendatione indigent. antistrophus prima haec est

1132 — *παπῆ παπῆ,*

ἐγὼ δ' ἔρημος ἀθλίου πατρὸς τάλας

ἔρημον οἶκον ὀρφανέυσομαι λαβῶν,

οὐ πατρὸς ἐν χερσὶ τοῦ τεκόντος.

1135 — *ἰὼ ἰὼ, ποῦ δὲ πόνος ἐμὸς τέκνων, ποῦ λοχνημάτων χάρις*

τροφαί τε ματρὸς ἔνπνα ἔ' ὀμμάτων τέλη

καὶ φίλαι προσβολαὶ προσώπων;

duodecim metra a matribus cantata continuari possunt, nullum enim pausa signum est. sed in decem puerorum metris hiatus est post primum in antistropho, post septimum in stropa. novus igitur versus a choriambo incipit (*οὐ πατρὸς ἐν* per se ambiguum est, sed respondet *ἐν δ' ὀλίγω*), atque cum proximi metri principium suppressum sit, haec evadit species — ω — — υ — υ — —, choriambus cum ithyphallico, ut ita dicam. re vera et in trochaeis et in glyconeis hoc membrum legi potest et legitur, caedem enim syllabae diversa quidem vi ac ratione diversissimis numeris saepe conveniunt: qua vi accipiendae sint, e totius carminis structura definiendum est. etiam alterius periodi ultima tria metra eandem hanc speciem praebent, itaque casui fortasse dandum est, quod pausa ante choriambum nec hiatu nec brevi syllaba significatur: talia necessario saepe incerta sunt. inflexio metri, quam Graeci *anaclasin* vocant, per omnes numeros qui ad quadrisyllabam formam redeunt (praeter paeonem, quantum quidem adhuc observatum est) latissime patet, atque mirificum est quantum utilitatis haec

observatio ad restituendos numeros conferat. — in verbis nonnulla eximie restituerat Musgravius; novavi *πόνος ἐμὸς τέκνων* pro *π. ἐμῶν τ.* nam cum patris tutela se orbatum esse filius conquestus sit, anus suos labores effert, iam irritos redditos, se enim in filio nunc mortuo omnia matris officia praestitisse, puerperium, nutritionem in ubere materno (hoc ipsum *τροφῆαι ματρὸς* audacter significant), vigiliis. suavissimum autem est, quod post labores id ipsum commemoratur, quod matri omnia taedia grata reddere solet, *φίλαι προσβολαὶ προσώπων.* ecce mater, quae post longam vigiliam tandem effecit, ut infans ad pectus et genam suam obdormisceret: cum cari oris lentum spiritum ipso corpore suo persentiscit, et laboris et curae facile obliviscitur.

In altera strophā pneri sex et quinque metra habent serie utraque per catalexin terminata, matres trimetros tres, quorum ultimus eandem atque quam modo vidimus formam anaclasi ornatam habet. ut trimetros distinguam manifestae diacreses mihi persuadent; quamquam hiatus nullus est, neque intercedo quin novem metra continuentur.

- *βεβᾶσιν, οὐκέτ' εἰσὶν (<οἶ>μοι πάτερ),*
βεβᾶσιν, αἰθῆρ ἔχει νιν ἤδη,
πυρὸς τετακότας σποδῶ·
ποτανοὶ δ' ἄνυσαν τὸν ἕδαν.
- *πάτερ, μῶν σοῦ κλύεις τέκνον γούος;*
ἄφ' ἀσπιδοῦχος ἔτι ποτ' ἀντιτίσεται
σὸν φόνον; εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον.

puerorum verba una syllaba suppleta olim sanavi, sed matrum cantus e gravissimis restitutus est corruptelis, nam tradita haec sunt *πάτερ σὺ μὲν σῶν κλύεις τέκνων γούος . . . ἀντιτίσεται σὸν φόνον* — *εἰ γάρ.* praecierant in compluribus alii, sed id quod summum erat Heimsoethius demum perspexit, quem virum in crisi tragica graviter errasse constat, nec tamen gravius quam alii a quibus ille contemnebatur, etiamsi eos et usus tragici cognitione et rei metricae sensu facile superabat. fefellerat et librarios et omnes usque ad Heimsoethium criticos quod Euripides pulcherrime instituit, matrem, cum in principio e nepotis mente filium patris nomine appellasset, in fine e sua mente eundem *τέκνον* appellare. — in antistropho quod pusillum mendum praeterii, etiamsi primo mihi vera codicum lectio nota erat, pudet. 1151 *χαλκείος ὄπλοισ<ι>* *Δυναιδῶν στρατηλάταν* uno apice addito scribendum est; interpolatum *χαλκείοισιν*, e quo *χαλκείος ἐν* fecerant, supervacanea ceteroquin praepositione, non iam curari debet.

Tertia strophā singulos utriusque choro trimetros, deinde pueris

tetrametrum, matribus pentametrum tribuit, plenis iambis, saepius solutis, tantum paene ultimi metri prima syllaba suppressa est, quo artificio clausula per totum carmen eadem effecta est.

- *ἔτ' εἰσορᾶν σε πάτερ ἐπ' ὀμμάτων δοκῶ,*
- *φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα σόν;*
- *λόγων δὲ παρακείμενα σῶν ἀέρι φερόμενον οἴχεται.*
- *δουὶν [δ'] ἄχῃ ματέρι τ' ἔλιπε[s], σὲ τ' οὔ ποτ' ἄλ-
γη πατρῶα λείψει.*

ultimum versum recte Tyrwhittus restituit (nisi quod δέ sustuli omnino perversum), sed pravum logicae concinnitatis studium poetae concedere nolebat, ut ab instituta sententiae forma *μητρὶ τε καὶ σοί* deflecteret et alterum membrum integro enutiato proferret simulque inverteret quod logice sed non poetice ita reddi potest, *δουὶν ἡμῖν ἔλιπεν τῇ μὲν μητρὶ ἄχῃ, σοὶ δὲ ἄλγῃ ἃ σ' οὔ ποτε λείψει.*

Quod ultimum ex hac tragicodia nunc explicare constitui canticum totum est describendum. cantant hemichoria, dum ad Thebas pugnatur

- *ὦ μέλαι μελέων ματέρες λοχαγῶν,*
ὥς μοι ὑφ' ἥπατι χλωρὸν δέος ταράσσει.
- 600 — *τίν' αὐδᾶν τάνδε προσφέρεις νέαν;*
— *στράτευμα πᾶ Ἰαλλάδος κριθήσεται;*
— *διὰ δορὸς εἶπας ἢ λόγου ξυναλλαγῆς;*
— *γένοιτ' ἂν κέρδος· εἰ δ' ἀρείφατοι*
- 605 *φρόνοι μάχαι στέρνων τ' ἂν Ἀσωπὸν πάλιν*
κτύποι φανήσονται,
[ὦ] τάλαινα, τίνα λόγον, τίν' ἂν τῶνδ' αἰτία λάβοιμι;
— *ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἂν τις αἰροῖ*
μοῖρα πάλιν· τόδε μοι θάρσος ἀμφιβαίνει.
- 610 — *δικαίους δαίμονας σύ γ' ἐνέπεις.*
— *τίνες γὰρ ἄλλοι νέμουσι συμφοράς;*
— *διάφορα πολλὰ θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ.*
— *φόβῳ γὰρ τῷ πάρος διόλλυσαι.*
δίκα δίκαν δ' ἐκάλεσε καὶ φόνος φόνον,
- 615 *κακῶν τ' ἀναψυχᾶς*
θεοὶ βροτοῖς νέμουσι πάντων τέρμ' ἔχοντες αὐτοί.
— *τὰ καλλίπυργα πεδία πῶς ἰκοίμεθ' ἂν*
καλλίχορον θεᾶς ὕδαρ λιποῦσαι;
- 620 — *ποτανᾶν εἰ σε τις θεῶν κτίσει,*
διπύταμον ἵνα πόλιν μόλοις,
εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν τύχας.
— *τίς ποτ' αἶσα, τίς ἔρα πότιμος ἐπιμένει τὸν ἄλκιμον*

- 625 τᾶσδε γὰς ἔνακτα;
 — κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεούς,
 ἀλλὰ φόβον πίστεϊς ἄδε πρῶτα.
 — ἰὼ Ζεῦ τᾶς παλαιομάτορος
 παιδογόνε πόριος Ἰνάχου,
 630 πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ τᾶθ' εὐμενίης.
 — τὸ σὸν ἔραλμα, τὸ σὸν ἴδρυμα πόλεος ἐκκόμιζέ μοι
 πρὸς πυρᾶν ὑβρισθέν·

strophe prima a disticho incipit ab iambis alieno. trimeter est dactylicus catalecticus cum ithyphallico. in quo versu iudicando rursus eadem surgunt dubitationes, quas in v. 778 supra significavi, non solvi. deinde iambi facile decurrunt, 3 3 3 3 3 2 (hi suppressa ante catalexin brevi) 4. nullus est hiatus, itaque fieri potest ut numeri usque ad catalexin continuati sint. in strophe altera post sextum metrum catalexis est et hiatus. quarto metro per anaclasin inflexo, quinto decurtato eadem versus species effecta est quam in v. 1133 modo vidimus. deinde quindecim metra usque ad finem uno cursu feruntur, quae is tantum recte recitalit qui numerum acerrime observare didicerit, nam non solum brevis syllaba sive prior sive posterior in plerisque suppressa est, sed in ultimis etiam fallax trochaici tetrametri et ithyphallici species oculis quidem apparet.

Emendatio, quae non in omnibus facilis est, ut recte fiat, sententiarum ordo explicandus est. fecit Euripides pro more suo, quem nequaquam laudo, non unum carmen, sed duo; strophe cum antistrophe sua cohaeret, sed ab antistrophe priore ad stropham alteram transitus nullus est. utroque carmine anxia matrum expectatio, morae taedium, animorum impatientia egregie exhibentur, sed ad sententiam nihil desideraremus, sive hoc sive illud deesset. per numeros tantum iambicos et per hemichoriorum amoebaeum cantum efficitur, ut unum carmen sit. et in priore quidem parte arte conexarum haec est sententiarum series: A. *o matres septem ducum, tremo metu.* B. *quid hoc?* A. *quid efficient Athenienses?* B. *ambigisne utrum vi an orando acturi sint?* A. *fieri potest, ut prospere eveniat, sed si ad pugnam rursus itur, excitati belli culpa in nos recidet.* B. *sed victum iri superbos spero.* A. *iustis scilicet deis.* B. *deorum sane opera, nam dei soli fortunae arbitri sunt.* A. *ego aequitatem in deis desidero.* B. *parum confidis deis, quia per mala quae subiisti confusa es, sed est talio iuris et sanguinis, atque concedunt dei hominibus ut post mala respirent.* apparet diversos affectus, quibus animi matrum perturbantur, a poeta ita descriptos esse, ut alterum hemichorium metu et tristitia, alterum spe et confidentia

faceret teneri, atque cum eae partes quae in stropha alterius sunt in antistropho ab altero canantur, a metu ad spem transitus fit et progressus, omniaque faustissimis verbis concluduntur. vitia codicum quae dudum recte emendata esse in confesso est non repeto. atque iambicis numeris perspectis simul apparuit in ultimo antistrophi versu a tradita memoria non esse recedendum, in stropha unum ὦ tollendum esse. nam v. 617 de codicibus ego parum accurata rettuleram, habet πάντων P et in C πάντα in rasura est a C². etiam proximorum versuum et numeri et verba in antistropho integra sunt; stropha corruptissima est φόνοι μάχαι στερονοτυπείς γ' ἀνὰ τόπον πάλιν κτύποι φανήσονται. sed ἀν' Ἀσωπὸν pulcherrime restituit Reiskius; unde reliqua secundo sanare non dubitavi. soli iam restant versus olim respondententes qui in codicibus tales sunt 599 ὦς μοι ὑφ' ἥπαι χλωρὸν δειμα ταρασσει et 609 μοῖρα πάλιν τόδε μοι θράσος ἀμφιβάλει. vulgo hic τὸ θράσος, illic δειμα χλοερὸν scribitur, hoc quidem aperto vitio, floridum enim e pallido timorem facit. quandoquidem verba per se optima tantum ut numeri respondeant mutanda sunt, emendationi non valde confido; sed cum in antistropho eandem speciem quam primus cantici versus habet paene sine mutatione recuperemus (θράσος tantum e θράσος facimus), strophae corruptela in una voce δειμα quaerenda est. quodsi synonyma a scribis permutata esse sumimus, χλωρὸν δέος sermoni pariter atque numero satisfacit. quamquam fatendum est, praeter Homericam hanc dictionem etiam δειμα χλωρὸν inveniri (Aesch. Suppl. 566). confidentius de stropha altera loquor. in qua contra vulgatam dispositionem, quae non codicum perturbatis omnino signis, sed Matthiae et Hermanno debetur, v. 620—22 pariterque in antistropho v. 628—30 continuos ab uno hemichorio cantari significavi, cum illi 622 et 630 alteri tribuissent. vel ea de causa hoc praeferendum est, quod ad prioris strophae exemplum eae partes quae in stropha hemichorii A fuerant in antistropho ab hemichorio B cantari probabile est. et in antistropho quidem magis placere manifestum est, quod eiusdem personae et invocatio est ἰὼ Ζεῦ et imperativus ξύμμαχος γενοῦ, sed ferri posse etiam vulgatum ordinem haud infitior. cardo igitur in strophae verbis vertitur, ποτανὰν εἰ σέ τις θεῶν κίσει, διπτόταμον ἵνα πόλιν μόλω, εἰδείης ἄν φιλων, εἰδείης ἄν τύχας. ita libri confusis prima et secunda persona. ergo aut cum Hermanno σε in με mutandum est et alterum hemichorium inde ab εἰδείης inducendum, aut eidem omnia tribuenda et μόλοις scribendum, id quod ego feci. conferamus sententias. *A quomodo fieri possit ut subito Eleusine in Boeotiam veniamus? B utinam deus alas mihi det,*

ut Thebas veniam. A tum de sorte sociorum certior fieri possis. ita Hermannus. ergo idem aliis verbis utrumque hemichorium optat: at diversos affectus eis tribuerat Euripides. porro si eadem curiositate utrumque ardet, idem utrumque optat, εἰδέειν ἂν potius quam εἰδέειν ἂν convenit. ergo mihi quidem longe aptiora haec videntur. A. quomodo fieri possit, ut subito Eleusine in Boeotiam veniam? B si deus alas tibi dederit ut Thebas venias, sociorum sortem cognoscas. i. e. at inane votum tuum est. A. quid eveniet Theseo? B. nescimus quidem, sed quamquam timoris hoc maximum signum est, deos precamur ¹⁾. A. Iuppiter Argive, opitulare mea gratia Atheniensibus. B decus et firmamentum urbis tuae restituere debitis rogi honoribus. videmus enim hemichorium A morae impatiens et timore usque ad desperationem perturbatum a magis tranquillo hemichorio B castigari; mores igitur servari quos e superioribus novimus. A utinam Thebis sim. B inania optas. A quid eveniet? B nostrum est deos precari, et precantur utrique. hoc Euripide dignum est. solam respexi sententiam; accedunt numeri: hiatus inter μόλω et εἰδέειν si non excludunt omnino, at parum veri similem esse monstrant. conficit rem syntaxis modorum, quae coniunctivum in enuntiato finali quod ab optativo pendeat non admittit. qua de re conferenda sunt quae Ph. Weberus in Schanzii Studiis ad hist. synt. Gr. pertinentibus IV 109 composuit; quamquam eis quae ipse observaverat uti ille non ausus est.

Troadum, ad quam fabulam imprimis mihi caram transeo, exodus tota excribenda est; codices deterrimos Vaticanum et Palatinum, quibus solis haec tragoedia continetur, cum ipse contulerim, etiam iustam subscribere adnotationem operae pretium videtur.

1287 EK. ὄττοτοτοτοτ

Κρόνιε πρύτανι, <Ρέας καί>, Φρύγιε γένητορ, ἀνάξτια

1290 τᾶς Δαρδάνου γονᾶς τάδ' οἷα πάσχομεν δέδορκας;

XO. δέδορκεν, ἃ δὲ μεγαλόπολις

ἔπολις ὕλαλεν οὐδ' ἔτ' ἔστι Τροία.

1295 — ὄττοτοτοτοτ

λέλαμπεν Ἴλιος, περγάμων τε πυρὶ καταίθεται

1296. 1300 τέραμνα/μαλερῶ πυρὶ κατάδρομα δαίφ τε λόγγα.

1297 — πτέρνγι δὲ καπνὸς ὡς τις, οὐ-

ρίγ πεσοῦσα δορὶ καταφθίνει γᾶ.

1301 — ἰὼ γᾶ τρόφιμς τῶν ἑμῶν τέκνων.

— ἦ ἔ.

1) Fuit cum conicerem ἀνακαλόμεθα, exhortationem pro indicativo, quod fortasse praestat, sed nunc quidquid tolerari omnino potest tolerare malo.

- ὦ τέκνα κλύετε μάθετε ματρὸς αὐδάν.
 — ἰαλέμω τοὺς θανόντας ἀπύεις.
- 1305 — γεραία γ' ἐς πέδον τιθεῖσ' <ἀμαλὰ> μέλη
 καὶ χερσὶ γάταν κτυποῦσα δισσαις.
 — διάδοχά σοι γόνυ τίθημι γαῖά τοὺς ἐμούς
 καλοῦσα νέρθην ἀθλίους ἀκοίτας.
- 1310 — ἀγόμεθα φερόμεθ' — ἄλγος ἄλγος βοᾶς.
 — δούλειον ὑπὸ μέλαθρον ἐκ πάτρας γ' ἐμᾶς.
 — ἰώ
 — Πριάμε Πριάμε σὺ μὲν δλόμενος
 ἄταγος ἄφιλος ἄτας ἐμᾶς ἄιστος εἶ.
- 1315 — μέλας γὰρ ὕσσε κατεκάλυψε θάνατος ὄσι-
 ος ἀνοσίους σφαγαῖσιν.
- ἰὼ θεῶν μέλαθρα καὶ πόλις φίλα,
 — ξ ξ.
 — τὰν φόνιον ἔχετε φλόγα δορός τε λογχάν.
 — τάχ' ἐς φίλαν γᾶν πεσεῖσθ' ἀνώνυμοι.
- 1320 — κόνις δ' ἴσα καπνῷ πτέρυγι πρὸς αἰθέρα
 ἄιστον οἰκῶν ἐμῶν με θήσει.
 — ὄνομα δὲ γᾶς ἀφανὲς εἶσιν, ἄλλῃ δ' ἄλλο φροῦ-
 δον, οὐδ' ἔτ' ἔστιν ἠ τάλαινα Τροία.
- 1325 — ἐμάθει' ἐκλύετε — περγάμων ὁ κτύπος.
 — ἔνοσις ἄπασαν, ἔνοσις ἐπικλύσει πόλιν.
 — ἰώ
 — τρομερὰ <τρομερὰ> μέλεα, φέρετ' ἐ-
 μὸν ἴχνος, ἰτ' ἐπὶ δούλειον ἀμέραν βίου.
- 1330 — ἰὼ τάλαινα πόλις. ὕμως δὲ πρόφερε πόδα
 σὸν ἐπὶ πλάτας Ἀχαιῶν.

1287. 95 uno το auctiores sunt VP. 88 γενέτα πάτερ VP ἀνάξια P: ἄξια V. 90 τᾶσδε Λαοδάνου V, τᾶς Λαοδανίου P. 96 τε om P. post τέραμνα in textu scholion est καὶ πόλις ἄκρα τε τειχέων a Kirchhoffio deletum; 1300 huc fere revocavit Hermannus. 1300 μαλερὰ VP: corr. Herwerden, sequitur vocis τέραμνα glossa μέλαθρα. 1297 οὐρανίᾳ VP. 1302 ξ ξ μέλαθρα τῷ πυρὶ (i. e. τὸ πῦρ) καταδεδρά<μη>κεν glossae v. 1300 partem a Kirchhoffio correctam in textu habet V. 1305 γ' Seidler: τ' VP. μέλεα VP. 1306 κτυποῦσα Σ: κρύπτουσα VP. 1307 διάδοχον VP lemma Σ, verum videtur Havniensis servasse. 12 ἰὼ ἰὼ V. 1315 κατακαλύψει VP: corr. Hermannus. 16 ὄσιος PΣ: ὄσιον V. ἀνοσίαις VP: corr. L. Dindorf. 19 γᾶν V: γὰρ P. 21 με θήσει P:

μεθήσει V. 22 ἄλλο PΣ: ἄλλα V. 25 π. κτύπον V, π. κτύπων P. 26 ἔνωσις PΣ: ἔνωσις V. 29 τρομερὰ add. Musurus. 30 ἐπὶ τά-
λαιαν δ. (ex 31) VP: corr. Hermannus. personarum notae tam
raro et inconstanter in libris additae sunt, ut usus earum vix ullus
sit. 1310 et 11 in utroque partim Hecubae, partim choro tribuun-
tur. 25—29 ἔγνος Hecubae sunt; ibi Talthyibii nomen est a Seid-
lero sublatum.

Videamus numeros. in priore stropha pentametrum He-
cuba habet et tetrametrum catalecticum, quos hiatus dirimit;
chori pentameter est catalecticus. semel (Τ-λιος περ-γάμων) se-
cunda metri brevis syllaba suppressa est. alteram stropham
numeri metrorum simpliciter notati satis explicabunt. 3, inter-
iectio, 3, 3, 3, 3., 7., 3, 3, interiectio, 5, 5. separantur omnia
vicibus personarum praeter v. 1320 (ad quem 1305 corrigendus est),
ubi hiatus est. lectu difficiliores paullo 1307 = 1322 ω ω — /
ω ω — / ω — — / — ω — / ω — ω — / ω — ω — / ω — —.

Tam facilius numerorum in verbis restituendis subsidium gra-
vissimum est; errores autem eorum qui aut quinariorum pro trime-
tris faciebant (veluti ἄλγος ἀμβοῶς 1310), aut in catalexi elidebant
(velut πρὸς αἰθέρ' ἕιστον 1320), non magis exagitabo quam quae
contra sermonem peccata sunt (velut πρὸς αἰθήραν ferri fumum,
quasi idem haec esset atque αἰθήρ). at actionem concitatissimam
necesse est perspectam habeamus. venerat in scaenam Talthybius
imperaveratque militibus Graecis, ut Troiae urbem, quae in summa
scaena est, incenderent, et captivis Troianis, ut dato tubae signo
ad navcs dominorum proficiscerentur. eiusdem interventu Hecuba
impedita erat, quominus se in flammis coniceret. ardet igitur in-
censa facibus satellitum (1262) ipsa scaena. iam Hecuba cantum
extremum ab eiulatione incipit, auctorem generis, Phrygium Iovem,
testem iubet esse tam atrocis facinoris, comburi Troiam; ipsam
terram interire addit chorus (str. et antistr. ε). ad hanc iam se
convertit invocandam orbata quinquaginta liberis mater, simulque
prostrata palmis tellurem percutit, ut solemnī gestu mortuos
appellet. reginae exemplum secutae ceterae quae captivae se
prosternunt, ut suos item mortuos excitent. spectamus igitur ante
scaenae incendium multas mulieres humi provolutas terram pul-
santes eiulantes, adstantibus cum Talthybio Graecae crudelitatis
ministris. etiam maritum implorat Hecuba, quasi fortunae suae
nescium et negligentem. ob id ipsum morti quamvis immani, quae
illum absumperit, bene dicit chorus (str. β). surgit Hecuba, con-
vertitque se denuo ad patriam urbem, clamat denuo chorus: specta-
tum esse, quod eas ab imprecatione mortuorum avocaret, conclu-

dimus, novo scilicet impetu flamma exarsit, (*τὰν φόνιον φλόγα ἔχευε* 1318, articulus suam vim habet), tecta et trabes dum concidunt crepuerunt. mox fore ut ne nomen quidem urbis duret, Hecuba, ut vel ipsa terra intereat, chorus queritur. subito ingenti ruina arcis moenia concidunt: quin re vera scaenam vel potius proscenii tabulamentum flammis adsum theatrales operae proiecerint, non licet dubitare. quo perterritae timidae in ipso mortis desiderio feminae ne terrae motu cum solo urbis hauriantur metuunt diffugiuntque ad naves Graecorum. effecit hoc invento poeta, ut quam celerrime et sine violentis militum minis aut iniuriis chorus de scaena deduceret, atque inter flammam et ruinas, canentibus tubis (1267), discurrentibus feminis et lamentantibus tam nove quam audacter tragoediae finem fecit.

V. 1288 si recte me supplevisse sponderem, ineptus essem, sed sententiam haud aliam fuisse confido. nam Iovem, quem Graeci quoque adorant, Hecuba perosa (884), Phrygiae summum deum, qui ex Electra, dea barbara, cuius signum aut Plias aut cometa est, Dardanum suscepit, Phrygium igitur patrem, qui inde a principio mundi regnat (hoc fere vult *Κρόνιε πρόταμι*) invocat; Idaeae igitur matris nomen bene huc quadrat; eandem peregrinam religionem canticum 1060—80 celebrat, quod infra enarrabo.

Antistrophus, quamvis perturbata in libris, tam certa ratione restituta est, ut hoc unum videatur explicatione dignum esse, quod terra perire dicitur sicut fumus *οὐρία πτέρυγι*. audacter hoc dictum, sed Euripidi haec comparatio adeo placuit, ut eandem 1330 repeteret, audacius etiam, nam ibi *κόνις Ἰσα καπνῶ πρὸς αἰθέρα* fulcro participii caret, velut *ἀφθεῖσα*, de qua dicendi figura ad Herc. 510 dixi. hic vero dativum habere licet instrumentalem. celeri enim vento tolli dicuntur urbs et terra, in cinerem et pulverem redactae, ita ut mox ne rudera quidem (ne nomen quidem 1330) Troiae superfuturum sit. praeiverat imaginem Aeschylus in describendo item Troiae excidio, Ag. 818 *καπνῶ δ' ἀλούσα νῦν ἐ' εὐσημος πόλις· ἄτης θύελλαι ζῶσι, συνθνήσκουσα δὲ σποδὸς προπέμπει πίνοντας πλούτου πνοάς*. „etiam nunc fumo cognoscitur Troiae situs, sed cum funestae spirent procellae, ipsae cineres in altum elatae et dissipatae simul cum combustis divitiis pereunt; dissipatis autem fumo et cinere nullum erit Troiae vestigium“. ne haec quidem a plerisque editorum recte accepta sunt. denique *οὐρία* in *οὐρανία* corruptum erat; ex eadem corruptela in Sophoclis Oed. Col. 1464 *οὐρία ἀστραπή* ab Elmsleio restituta est. *φάφαλος ἀνήλατ' ἐρεθιζόμενος οὐρία ῥαπίδι* Aristoplanes dixit Ach.

662. itaque certa etiam haec videtur emendatio; Seidleri *οὐράνια* cum omnino tum iuxta *πεσοῦσα* probari non debebat.

1305 multa alia excogitari possunt supplementa quam quod ex Heraclidis 75 sumpsit. sed non otiosum est alterum adiectivum, nam quod in principio sententiae est *γεραιά*, quasi genetivus esset, non solum ad corpus sed etiam ad manus cogitatione referimus. 1311 totus Hecubae dandus erat, maxime propter antistrophī verum neutiquam discernendum; sed ne hic quidem chorus pergere in enuntiato ab Hecuba coepto placere posset. contra nudam interiectionem ab eo cani *ὦ*, quod hac personarum distributione ostenditur, aptissimum est, cum nudas interiectiones habeat 1303 et 18, et modo *ἔλγος ἔλγος βοᾶς* clamaverit. fieri autem potest, ut Hermannus cum signo personae etiam *γ*e post *πάτρας* recte deleverit.

1316 e memorabilibus locis est, in quibus scholia Vaticana contra textum Vaticanum cum Palatino consentiunt. quod ubi accidit, textus Vaticanus perexiguam habet auctoritatem. traditur igitur Priami oculos condidisse *ὄσιος θάνατος* quamvis incesta caede. atque incestam fuisse caedem constat, cum in ara senem Pyrrhus obruncasset. qui tamen mors ipsa casta dici potest? liceret fortasse haud minore iure quaeri, cur Priamus ipse castus diceretur, quod fit, si cum Vaticano *ὄσιον* legitur. sed attendendum est ad sententiarum conexum. Hecuba conqueritur, Priamum ignorare mala sua, dicitque eum iustis supremis carere, quae a familia fieri debent (*ἄταφος ἄφιλος* hoc fere est), queritur igitur nihil aliud nisi flebili morte eum etiam impediri, quominus se exaudiat. chorus si causam tantum adderet *μέλας γὰρ ὄσσε κατεκάλυψε θάνατος*, nihil novi adferret: sed regem quamvis senio confectum, cum pro patria arma sumeret, mors abstulit vere casta: non iam vidit excidium patriae, populi stragem, filiarum servitutem et stupra: itaque chorus caedem quidem nefariam, sed sanctam fuisse mortem solacio dicit Hecubae, quae tot malorum expertem fecisset Priamum. diu est ex quo hanc Euripidis audaciam admiratus sum et cum gaudio animadverti, idem sensisse Senecam, qui Hecubae suae haec ultima tribuit verba (Tr. 1171)

*mors, votum meum,
infantibus, violenta, virginibus venis,
ubique properas, saeva: me solam times
vitasque, gladios inter ac tela et faces
quaesita tota nocte, cupientem fugis.
non hostis aut ruina, non ignis meos
absumpsit artus: quam prope a Priamo steti.*

1325 certo restituitur, cum labem numeri monstrent; elisa para-

grapho, quae chorum Hecubae respondere significabat, necessario in accusativum mutabantur quae ab *ἐκλύετε* pendere videbantur. Euripides Hecubae interroganti 'auditisne' respondentem facit chorum 'arcis quidem hic fragor est'. proxima, postquam actionem illustravimus, ab infelicibus coniecturis satis videntur defensa esse.

Cum paucis fieri possit, etiam de interspersis episodio ultimo versibus lyricis hic agam, nec tamen repeto quae ab Hermanno recte administrata Kirchhoffius et Nauckius contempserunt, neque contra Hermannum et Dindorfium ab inani responsionis suspicione haec commata lyrica defendo. versus hi sunt 1216. 17 monometer iambicus, trimeter dochmiacus. 29. 30. 35. 36. 38 dimetri iambici catalectici; 37 interiectionem habet *ὦ μοί μοι*, quae dochmium ex-
plere potest, sed nimis incerta in his potissimum codicibus interiectionum fides. 25—28. 31. 39 dochmiorum reliquiae sunt, praeter integrum dimetrum 31, neque quantum perierit accurate indicari potest. 27 enim *πικρὸν ὄδυμα γὰρ σ' ὦ τέκνον δέξεται* ad Astyanactem dictum est, sequitur *στέναζε μήτηρ* ad Hecubam, aviam eius. intercidit igitur aliqua Hectoris commemoratio, velut *<ὦ τοῦ κρατίστου τᾶς τλάμωνος Πριάμιδῶν γέννας> τέκνον*. sed tantis plagis mederi non possumus. unum vero est, in quo codicum memoriae nondum satisfactum est.

35 *ἔρασσ' ἔρασσε [χειρ'] κρᾶτα,
πιτύλους διδοῦσα χειρός.*

ita edunt. sed *χειρ'* verior lectio est ad *χειρός* adscripta. manibus enim alternis caput pulsantibus rhythmus plangoris datur; et *πιτύλον* vocem et abusum verbi *διδόναι* ad Herculem explicavi¹⁾.

Stasimum ultimum, 1060—1117, codex uterque exhibet mendosissime scriptum, sed multa ab altero scribe peccata alterius ope ultro tolluntur, alia non minus pusilla dudum emendata sunt, neque Euripidi detrimento fuit, quod aliquot errores etiam utriusque codici communes ne in adnotatione critica quidem commemorari solent (velut alteram stropham Hecubae tribui, v. 1100 *ἐνθ'* et in codicibus et in scholio esse, emendatum iam in antiquissimis editionibus). itaque ego quoque quaecumque certo expedita sunt tacite recipiam. stropha prior noto more tripertita est ita ut quasi ipsa e stropha antistropho epodo constet, respondetque haec antistrophus strophae accuratissime; duo glyconei cum pherecrateo sunt.

1) Olim conieceram *ἔρασσ' ἔρασσε κρᾶτα*, Aeschylō duce qui Pers. 1046 *ἔρασσ' ἔρασσε* et Sept. 855 *ἔράσσει' ἀμφὶ κρατὶ πύκμιμον χειρῶν πτύλον* habet. sed *ἔρασσε κρᾶτα* in Troasini est 279. fuit etiam cum *κρατὶ πιτύλους διδοῦσα χειρός* praeferrem. sed hoc longius a traditis recedit.

epodus primum septem metra iambica habet, quae continuari possunt, possunt etiam in trimetrum duosque dimetros distingui; sequitur membrum Aeolicum, quod decasyllabum Alcaicum uno dactylo superat; non iuvat in originem aut vim huius membri altius inquirere. tam praeclaros numeros cum antistrophus integros servaverit, vitium e stropha expellendum est, quamquam ne ibi quidem sententia ullam labem contraxit; sed v. 1069 legi omnino non posse aures legentem docebunt. adscribenda duxi omnia

- 1060 οὕτω δὴ τὸν ἐν Ἰλίῳ
 ναὸν καὶ θυόεντα βωμὸν προὔδακας Ἀχαιοῖς,
 ὦ Ζεῦ, καὶ κελάνων φλόγα
 1065 σμύρνας αἰθερίας τε καπνὸν καὶ Πέργαμον ἱρὰν
 Ἰδαία τ' Ἰδαία κισσοφόρα νάπη
 χιόνι κατάρυτα ποταμῖα
 τέρμονα τε πρωτόβολον ἄλιφ,
 1070 τὰν καταλαμπομένην ζαθέαν θεράπναν.

φροῦδαί σοι θυσαίαι χορῶν
 τ' εὐφημοὶ κέλαδοι κατ' ὄρφναν τε παννηχίδες θεῶν
 χροσέων τε ξοάνων τύποι

- 1075 Φρυγῶν τε ζάθεοι σελᾶναι συνδώδεκα πλήθει.
 μέλει μέλει μοι τὰδ' εἰ φρονεῖς, ἄναξ,
 οὐράνιον ἔδρανον ἐπιβεβῶς
 αἰθέρα τε πόλεος ὀλομένης,
 1080 ἂν πρὸς αἰθομένα κατέλυσεν ὀρμά.

Iovi Idaeo, Iovi Phrygio chorus exprobat quod populum suum prodidit, et postquam templum et sacra urbana commemoravit, Idae πολυπίδακος prata a deo desertā esse dicit, quem ex Ida prospicientem multis in carminibus Homerus inducit; credo demonstrari posse Idam subinde habitaculum Iovis esse, alterum Olympum. verum hoc apud Homerum non legit Euripides, Idae cacumen terminum esse, quem primum Sol exoriens feriat, saltum effulgente solo sacratum. hoc enim est τὰν καταλαμπομένην ζαθέαν (praefendum videtur ζάθεον) θεράπναν: ζάθεός ἐστιν, ἐπειδὴ καταλάμπεται, atque notam rem significari articulus ostendit. itaque iam ante Euripidem physici Idam conscenderant, ut solis ortum observarent, quo de spectaculo mirifica narrant Diodorus XVII 7 et Lucretius V. 663; ex Euripide autem concludimus occasionem physicis illis a populari Iovis Phrygii cultu datam esse. rem valde memorabilem monstravi, cum de vita et studiis Euripidis agerem; nunc verba emendabo: τέρμονα πρωτόβολον Ἀλίφ e dimetro iambico corruptum est; πρωτόβολον minime omnium atrectandum. ergo Ἀλίφ

iambicum expulit vocabulum a vocali incipiens: *ἔφ* scripserat Euripides. etiam quae in antistropho sunt, sacrificia, choreae, sacra nocturna, statuae aureae Phrygiam et Idaeam religionem describunt; *πανηγίδες θεῶν* ostendit non solius Iovis describi cultum; in Hel. 1365 Euripides *πανηγίδας θεᾶς*, Idaeae matris, commemorat, hic nocturna esse Phrygium sacra in universum dicit; 'duodecim lunae, Phrygibus religiosae' novilunii solemnia per omnes menses observata significant, addit igitur lunae barbarum cultum cultui solis; notum est Graecis barbaros visos esse horum astrorum cultores. Iuppiter autem ipse caelum habitat et 'aethera Troiae', quam ignis vis *αἰθρομένα* dissolvit'. recte cognovit Didymus Euripidem in etymo aetheris ludere, sed philosophicam rationem non perspexit. in ignem omnia redire voluit Heraclitus, sicut ex igne omnia progenita sunt. ignis purissimus aether est; in aethera ergo solvitur Troia. in aethere habitat Iuppiter, ergo habitat in elemento, in quo inest mortua Troia. quid quod et animam morientis in aethera abire et Iovem ipsum aethera esse credidit Euripides. quem hae sophisticae potius quam poeticae argutiae maxime decent.

Stropha altera absolutum carmen est cum priore omnino non cohaerens.

- ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι;
 σὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις
 1185 ἄθραπτος ἄνδρος, ἐμὲ δὲ πόντιον σκάφος πορεύσει
 πτεροῖσιν ἕισσον
 ἰππόβοτον Ἄργος, τεῖχ' ἴνα
 λάινα Κυκλώπι' οὐράνια νέμονται.
 τέκνων δὲ πλήθος ἐν πύλαις
 1190 δάκρυσι κατὰορα στένει
 βοᾷ βοᾷ „μᾶτερ ὦμοι μόναν δὴ μ' Ἀχαιοί
 κομίζουσι σέθεν ἀπ' ὀμμάτων
 κνανέαν ἐπὶ ναῦν,
 1195 εἰναλίαισι πλάταις
 ἢ Σαλαμίν' ἱερὰν
 ἢ δίπορον κορυφὰν
 Ἴσθμιον, ἐνθα πύλας
 Πέλοπος ἔχουσιν ἔδραι“.
- 1100 εἶθ' ἀκάτου Μενέλα
 μέσον πέλαγος ἰούσας,
 Αἰγαῖον ἱερόν, ἀνὰ μέσων πλάταν πέσοι δίπαλτον
 κεραινοφαῆς πῦρ,
 Ἰλιόθεν ὅτε με πολυδάκρυ<ο>ν

- 1105 Ἑλλάδι λάτρευμα γὰθην ἔχορζει.
 χρούσει δ' ἔνοπτρα, παρθένων
 χάριτας, ἔχουσα τυγχάνει
- 1110 Λίδος κόρα. μηδὲ γαῖάν ποτ' ἔλθοι Λάκαι-
 ναν πατρῷόν τε θάλαμον ἐστίας
 μηδὲ πόλιν Πιτάνας
 Χαλκόπυλον τε θεῆς
 δύσγαμον αἰσχος ἔχων,
- 1115 Ἑλλάδι τᾶ μεγάλα
 καὶ Σιμοεντιάσιν
 μέλαιά πάθεα ῥοαῖσιν.

invocatis maritis suis chorus se liberosque suos in Graeciam trans mare deductum iri queritur in stropha. haec nec sententiarum nec verborum singulari gratia conspicua sunt. magis nitet antistrophus, 'utinam in medio mari Aegaeo Menelai navem fulmen feriat, cum me a patria abducat et Helenam secumaget non servam sed lascivientem. neve Spartam redeat cum Helena, dedecore utriusque terrae?' tam brevis paraphrasis sufficet, ut membra sententiae simplicis sed cultu orationis et figuris tragicis dilatatae recte disponantur, simulque ut 14 ἔχων ex ἐλών recuperetur. 12 Χαλκόπυλον, quod substantivum est ut Λίπυλον, scholiasta legit, simul commemorata interpolatione χ. θεῆς μέλαθρον; eam quae in nostris libris est interpolationem χ. θεῆς θάλαμον nondum novit. male autem Musgravius χαλκόπυλον θεάν dedit. nam genitivum non solum omnis memoria tenet, sed confirmat etiam πόλις Πιτάνας: oppidum nymphae est, quam e Pindari Ol. 6 novimus, templum deae. nunc numeros faciles videamus. intermixti sunt iambis dactylicis trimetri catalectici, vel potius idem membrum quod in dactylo-epitritis est. ab hoc membro canticum incipit, dimeter iambicus catalecticus sequitur et deinde tetrameter catalecticus cum Reiziana clausula. tum metra 7, tum 11, quae catalexis et dirimit et terminat, breves haud paucae suppressae tardant. tum quinque membra dactylica et dimeter iambicus catalecticus. pleraque et lectu facilia et perspicua esse arbitror, neque habeo quod addam. nam v. 1087 ἵνα τείχεα, v. 1104 πολύδακρον codices habent, quorum neutrum numeris convenit, sed remedia praesto sunt lenissima. sed unum difficile est propterea quia et in stropha et in antistropho aliquid mutandum est. v. 1185 Troades ad maritos mortuos conversae σὺ μὲν φθίμενος ἀκαίνεις inquirunt, ἕθαπτος ἕνδορος, ἐμὲ δὲ πόνητον σκάφος ἕσσον πτεροῖσι πορεύσει. in quibus nihil nos vexat praeter numeros: sed quomodo syllabas novem quae trimetrum iambicum excipiunt, metiar, omnino ignoro. in antistropho traditur

εἶθ' (ἐνθ') ἀκάτου Μενέλα μέσον πέλαιος ἰούσας δίπαλτον ἱερὸν ἀνὰ μέσον πλάταν πέσοι Αἰγαίου κεραυνοφαῆς πῦρ. quae numeros fortasse eosdem, certe item intolerabiles exhibent, sententiam nullam. pusillum est quod Euripides, nisi ineptam captabat obscuritatem ἀνὰ μέσαν πλάταν dicere debebat. gravius quod πῦρ nimio adiectivorum pondere oneratum est, Αἰγαίου ne incommodo quidem quo referatur habet. itaque δίπαλτον et Αἰγαίου (Αἰγαῖον) inter se permutavi, quod et sententiae et numeris pariter medetur, sed exigit, ut etiam in stropha ἄισσον et πορεύσει permulentur.

Postremo maxime memorabile carmen, quo ipsa Ἰλίου πέρις describitur, cum iusta adnotatione critica integrum propono.

- Ἄμφι μοι Ἴλιον, ὦ Μοῦσα, καινῶν ὕμνων
ἔρξον σὺν δακρύοις, ῥῶδ' ἀν ἐπικήθειον, νῦν
- 515 γὰρ μέλος ἐς Τροίαν ἰαχίσω,
τετραβάμονος ὡς ὑπ' ἀπήνας
Ἀργείων δλόμαν τάλαινα δοριάλωτος,
ὄτ' ἔλιπον ἴππον οὐράνια
- 520 βρέμοντα χρυσοφάλαρον ἔνο-
πλον ἐν πύλαις Ἀχαιοί.
ἀν δ' ἐβόασεν λεῶς
Τρωάδος ἀπὸ πέτρας σταθεῖς
"Ἴτ' ὦ πεπανμένοι κόωναν
- 525 τόδ' ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον
Ἰλιάδι διογενεὶ κόρα."
τίς οὐκ ἔβα νεανίδων,
τίς οὐ γεραῖος ἐκ δόμων'
- 530 ἄδοναῖς κεχαρμένοι δόλιον ἔσχον ἔταν.

- πᾶσα δὲ γένηνα Φρυγῶν πρὸς πύλας ὤραμάθη
πεύκα ἐν οὐρεῖα ξεστὸν λόχον Ἀργείων καὶ
- 535 Λαρδανίας ἔταν θέα δώσαν
χάριν ἔζυγος ἀμβροτοπόλου.
κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνιοι, ναὸς ὥσει
σκάφος κελαινόν, εἰς ἔδρανα
- 540 λάινα δάπεδα τε, φόνια πατρί-
δι, Παλλάδος θέσαν θεᾶς.
ἐν δὲ πότῃ καὶ χαρᾷ
νύχιον ἐπὶ κνήφας παρῆν
Αἰβυς τε λωτὸς ἐκτύπει
- 545 Φρύγῃα τε μέλεα, παρθένοι
δ' ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν
βοᾶν ἔμελπον εὐφρον'· ἐν

δόμοις δὲ παμφαῆς σιλά-
να πυρὸς μέλαιναν ἀγλὰν ἔδωκεν ὕπνω.

- ἐγὼ δὲ τὰν ὀρεστέραν τότ' ἀμφὶ μέλαθρα παρθένου
555 Λιὸς κόραν ἐμελπόμαν χοροῖσι· φοινία δ' ἀνὰ
πτόλιν βοὰ κατέσχε περγάμων ἔδρας, βρέφη δὲ φίλι-
α περὶ πέπλοις ἐβαλλε ματρὶ χεῖρας ἐποτημένας.
560 λόγον δ' ἐξέβαιν' Ἄρης, κόρας ἔργα Παλλάδος,
σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι Φρυγῶν, ἐν τε δεμνίοις
565 καρατόμος ἐρημία νεανίδων στέφανον ἔφερον
'Ἐλλάδι κουροτρόφον, Φρυγῶν δὲ πατρίδι πένθος.

13 *ἄεισον ἐν VP, σὺν Burges alii* 14 *ἐπικηδεῖον ΣHesych (e*
Cyrrillo): ἐπιτήθ. VP. 17 *ἀπήνης P.* 18 *ὀλοῖμαν VP: corr. Musgrave.*
19 *ἔλειπον V (non Σ) οὐρανία V.* 21 *ἀνὰ VP Hes.* 22 *ὁ Τρ.*
P. 25 *ἔγρετε VΣ.* 28 *γεραῖόν V.* 29 *κεχ. δ' αἰοδαῖς.* 35 *θέα VΣ,*
θεῆ P. 36 *καὶ χ. VP: del Musurus.* *ἀμβρότα πάλον VΣ, ἀμβρότα πύ-*
λου P, corr. Musgrave. 37 *λίνοιο Σ: λίνοισι VP.* *ὡσεὶ Σ(καθάπερ) ὡς*
εἰς V ὡς P. *φοῖνια lemma scholii: φοῖνία P φοῖνία τε V.* 42 *ἐν*
V: ἐπί P. *πόνω VPΣ.* 48 *βοάν τ' ἐ. VP: corr. Matthiae.* *ἐνί V.*
49 *παμφαῆς σέλας.*

54 *κόραν Ἄστεμιν VP: corr. Seidler.* 56 *κατεῖχε VPΣ.* 58 *ἐ-*
βαλλε V²: ἐβαλε V¹P. 60 *ἐξέβαινε VP.* *μητρὶ V.* 62 *ἀμφὶ βώμιο*
V ἀμφὶ βωμοῖσι P. 66 *κουροτρόφω P. δὲ om.P.* *πένθος VΣ: πένθη P.*

Exordio Euripides prooemia citharoedorum expressit, quale legitur in scholiis Nubium 595 *ἀμφὶ μοι αὐτὸν ἄναχθ' Ἐκατηβόλον αἰδιδέτω φρήν* (quod emendare nequeo), vel quod e pluribus formulis Duridis pictoris inscitia conflavit *Μοισά μοι ἀμφὶ Σκάμανδρον ἔυρ- ρορον ἔρχομ' αἰδιδεν.* hi nomi qui vocantur nihil commune habent cum naeniis; itaque genitivum *καινῶν ἔμνων* ab accusativo *φῶδάν ἐπικηδεῖον* pendere credi nequit, qui accusativus potius ea ratione ad actionem verbi appositus est quam multis exemplis illustravi ad Herc. 59. quod si recte statuitur, verbum quaerendum est quod genitivum *ἔμνων* regat, atque Musae, quae choro carmen praecit, *ἔρξον* convenire videtur. narrantur deinde Graeci equum ligneum ad portas Troiae statuisse (longe hoc abest ab ea fabula quam Vergilius nobis familiarem reddidit). equum poeta per ambages sane *διθυραμβώδεις* propter rotas subditas 'currum quadripedem' vocat, propter arma quae concusso latere fremuisse traduntur 'armatum, altissime frementem'. hunc igitur equum ex arce conspiciunt vigiles Troianorum, iubent arcessi donarium Minervae. egrediuntur virgines senes, i. e. qui pro sexu et aetate plerumque *ὀκουροῦσι*; convenit tota Troia, ut visitent 'in abiete latentes Graec-

corum insidias, perniciem Dardaniae', gaudente Minerva. hoc enim in verbis primis antistrophæ inest, audacter quidem et *διθροαμβωδῶς* formatis, sed nec per poetam nec per scholiastas aut librarios tam male quam per viros doctos perturbatis. nam *θία διδόνα* dictum est ut *ἀμελίᾳ* δὲς ἀντά I. A. 850, *Πάριν κατάρᾳ διδοῦσα* Hec. 945; *τρεις ἡμέρας θία διδόντες* Andr. 1087 paullo aliter se habet. *δώσω* autem, masculinam formam, post ea quae ad Hipp. 1105 adnotavi, denuo defendere nolo; fuit iam inter scholiastas qui Priamum nescio quo errore inferret; *Δαρδανίδας* eum legisse coniecit Schwartzius. in equo significando per periphrasin et oxymoron singulare acumen Euripides quaesivit. nam Troiani quidem nesciebant id quod viderent re vera esse *λόγον Ἀργείων, ἕταν Δαρδανίας*. sed quid graviter decepti sint his ipsis appellationibus chorus indicat. ceterum aut ipse Odysseae versus δ 272 *ἴπῳ ἐν ξεστῷ, ἴν' ἐνήμεθα πάντες ἕριστοι Ἀργείων Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες* poetae obversatus est, aut similis in Iliade parva fuit. *χάριν ἄξυγος ἀμβροτόπῳ* is qui *καὶ* interpolavit tertium membrum esse voluit copulatum cum *λόγον* et *ἕταν*. quod melius certe est quam si quis *χάριν* quasi praepositionem intellegit. re vera gratum erat Minervae, quod Troiani equum admirabantur et recipiebant, i. e. accusativus eadem ratione positus est quam in *φῶδᾳ ἐπικήδειον* modo vidimus. Minerva *ἄξυξ*, i. e. *παρθένος*, tutatrix equi lignei *ἀμβροτόπῳ* vocatur rursus per ampullas magis lyricas quam tragicas; vix agnovissent deam suam Atheniensis, nisi in hymnis sacris ita vocata esset 'domina divini currus', sicut *δάμνιππος* aut *δαμάσιππος* in hymno est, qui et Lamproclis et Phrynichi dicebatur.

Praeterii in enarrando carmine extrema strophæ verba, quia narrationis filum interrumpunt. nam *κεχαρμένοι δόλιον ἔσχον ἕταν* omnino praeposterum esset, si id quod recepto equo Troianis accidit eodem tenore cum descriptione turbæ ad portas concurrentis proponeretur. sed strophas Euripides ita distinguere solet, ut suam quaeque habeat sententiam plenam atque perfectam. atque optime in concludenda prima strophæ ponitur 'ita receperunt insidias et perniciem laetabundi'. quod antistropho epodoque (quas partes ab Euripide non distineri notum est) diligentius enarratur. optandum vero, ut etiam grammatica ratione patefiat hoc membro non continuari narrationem; quod cum aoristo non fiat, coniunctione eadem quae omnia membra conecit si usus esset Euripides, non laudaremus. atqui *κεχαρμένοι δ' αἰοδαῖς* scribere non potuit. qui enim hi sunt cantus? qui esse possunt? cantaverunt Troiani recepto equo, fortasse iam dum equum in templum deducunt, sed quid hoc

ad hunc locum? in emendando cum nihil sit quod a sententia flagitetur, apices rimandi sunt; δ' *ἀοιδᾶς* et *ἀδοῦναις* vix possunt dici differre. at hiatum inferimus. inferimus sane, tollendum traiecto vocabulo, sed inferimus etiam asyncretum, quo nihil ad syntaxin exoptatius est, cf. quae supra p. 12 ad. Suppl. 380 dixi. tamen remanere scrupulum fateor: eum metrorum demum tollet explicatio.

Redeamus in viam. equus in templo collocatus est; noctis tenebrae superveniunt *ἐν πόνῳ καὶ χαρᾷ*. qui ille labor est? laborem trahendi equi dicunt scholia, sed is diu finitus est. at fortasse scholia cum P *ἐπὶ πόνῳ* legebant, quod huic crimini non obnoxium est. at *ἐπὶ πόνῳ ἐπὶ κνέφας παρῆν* Euripides non scripsit. ergo *ἐν πόνῳ* in Vaticano recte scriptum est, recte a multis editoribus receptum; quod eosdem et nos coegit, ut v. 522 praepositionis formam mutarem. sed nunc *πόνος* non iam convenit; fatalis illa nox Troianos vidit conviviis et choreis deditos, *ἐν πόνῳ καὶ χαρᾷ*. saltant virgines, *ἐν δόμοις δὲ παμφαῆς σέλας πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἔδωκεν ὕπνῳ*. scholia quae in his explicandis frustra laborant nihil aliud habuerunt. nos antequam verba restituere conemur, sententiam recuperemus. pergit chorus, se tunc in templo Dianae fuisse, subito arcem funestis clamoribus occupatam esse (v. 556 *κατέσχε* pro imperfecto dandum esse commendatione non indiget), excidium urbis coepisse. quando hoc coepit? τότε est v. 552. quod tempus dicit? nam noctem totam non dici in propatulo est. concludimus in corruptis illis versibus partem noctis definiri. *μεσονύκτιος ὠλλύμαν* in Hecuba Troades dicunt 914, *νύξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἀνέτελλε σελήνη* in Iliade parva erat. quodsi luna non ante mediam noctem in caelo erat, vesperi sane *νύχιον κνέφας παρῆν*, ut legimus 543, quod cum facibus et igne illustrassent Troiani, postquam luna apparuit, ignem restinguere poterant, poterant ignem cineribus tectum in diem crastinum servare, 'ignis nigrum splendorem somno tradere'. eximie mihi placet culta haec et artificiosa dictio, quae tamen antiquo homini, qui igni conservando maxime debebat curare, minus difficilis videbatur quam nobis. atque ita sanatus versus est, nam *παμφαῆς σελάνα* e *παμφαῆς σέλας* statim emergit, cum rem perspexeris; *σέλας* et *σελάνα* vel in integerrime servata fabula, Hipp. 859, confusum est.

In ultima epodo per figuras haud minus audaces dicitur, florem virginum Troianarum a Graecis per solitudinem et caedes (i. e. cum desertae illae essent a suis, per desertas aedes grassarentur sicarii; nihil brevius quam haec excidii descriptio, *καρᾶτόμος ἐρημία*) decerptum esse, ita ut Graeciae prolem daturae sint, Troianos earum pudeat. sed hoc ab aliis recte perspectum est.

Tandem ad numeros me converto. epodus ex una constat periodo iambica metrorum 32, quae nullam admittit pausam. valde similis est epodus Aeschylea Ag. 475—87. eam partem qua Argivi furentes describuntur ita distinxit poeta, ut e binis quibusque metris alterum plenum, alterum brevi secunda truncatum sit; suas res chorus integris iambis enarrat. metra autem quae a fine tertium quartumque sunt anaclasi et brevi priore suppressa quasi praeludunt clausulae. Ἑλλάδι κουροτρόφον si tenes hanc speciem habere — ω — | — υ —, cetera facillime recitabis. haud minus facilis strophae pars iambica est, 519—30, 539—50. periodi sunt duae; hexameter, cuius multae longae solutae sunt, suppressa est prima paene ultimi metri brevis. deinde metra sunt duodeviginti, incipit anaclomenon, proximum in principio decurtatum est, prorsus igitur ut 566, tum omnia celeriter decurrunt usque ad quartum et alterum a fine, in principio rursus decurtata. tam praeclari Euripidique familiares numeri coniecturis supra propositis efficiuntur.

Prima strophae pars difficiliter legitur. numeri sunt non eodem pede incedentes sed in membrorum dactylicorum et metrorum trochaicorum mixtione vim et gratiam suam ponentes quos malo sed solemnino nomine dactylo-epitritos appellamus. excipiunt in prima periodo dactylicum trimetrum decurtatum trochaica metra duo, suppressa autem in priore horum altera, in altera prior brevis est. periodus altera tria habet membra dactylica, trochaicum unum eiusdem formae cuius ultimum in priore periodo est. deinde enhoplum habemus, quem et lyrici (sed non Pindarus) et tragici poetae his numeris admiscere solent. ultima periodus e trimetro dactylico et ithyphallico constat. qua clausula in Euripidis dactylo-epitritis nulla frequentior est. ut formulam syllabatim prescribam

— ω — ω — | — υ — | — — —
 — ω — ω — | — ω — — — | — ω — — — υ | — — —
 ω — ω — ω — — —
 — — — ω — υ — | — υ — υ — υ

haec a vulgari usu recedere fatendum est. nam molossus quamquam pro ratione numeri legitimus est et ab ipso Aeschyleo admissus, tamen in clausula, quantum ego quidem observavi, non videtur redire. itaque priorem periodum excurrere crederem in spondeum, i. e. metrum utraque brevi orbatum, integro proximo metro (spondeus enim ille vel apud Pindarum et Simonidem est), nisi altera periodus molossus utique requireret. itaque numeros praegraves facere Euripides studebat, atque huic consilio vel magis indulsit in dactylis, siquidem spondeum pro dactylo ponere ausus est ita, ut alterum cuiusque membri pedem e trisyllabo bisyllabum

faceret, non eundem semper in strophæ et antistropho; sed hoc quidem ad numerorum rationem non facit. hanc contractionem non solum raram esse sed paene inauditam et contra legem et naturam horum dactylorum peccare probe scio. hunc ipsum locum in animo habebam, cum ante multos annos Medæe cantico hanc licentiam tribuendam esse negarem (Herm. XV 501). novam enim esse licentiam in his Troadum versibus ipse Euripides dicit: *Μοῦσα καινῶν ἕμνων ἔρξον*. similiter olim Pindarus rarissimos epinicii ad Theronem missi numeros in Theoxeniorum carmine *νεοσίγαλον τρόπον* vocaverat (Ol. 3, 4).

Euripides igitur, cum citharoedici nomi numeros ad naeniarum tristitiam accommodaret, artificio usus est, quod novum esse professus a spectatoribus veniam petivit. hoc vel nos perspicimus; idem in modis multo magis luculentum quam in numeris apparuisse credo. nos neque nomos istos neque naenias novimus, quorum numeri et modi Euripidi exemplo erant, neque modos novos audire possumus. itaque quod videmus periisse perditum ducamus. carmen habemus, huius numeros audire possumus: audiamus vivam poetæ vocem, neve mutæ musicae doctrinis aures nostras patiamur exsurdari.

COMMENTARIOLVM METRICVM

II

SCRIPSIT

UDALRICUS DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

COMMENTATIO EX INDICE LECTIONVM QVAE IN VNIVERSITATE
GEORGIA AVGVSTA PER HIEMEM ANNI 1895/96 HABEVNTVR
SEORSIM EXPRESSA.

GOTTINGAE 1895.

PROSTAT IN LIBRARIA DIETERICHIANA.

Euripidis iambica nonnulla carmina nuper per numeros suos discipuli; nunc ab eo poeta exempla petam, qui cum in omni arte tragica tum in his iambis Euripidi dux et auctor extitit. Aeschylus multa et praelonga cantica e solis constare voluit iambis, admodum raro admixtis alius generis membris. itaque haec carmina ad demonstrandum horum numerorum usum maxime idonea sunt. sed in summa simplicitate tanta Aeschyli est inveniendi copia et ubertas, ut semper novus sit, neque ullius cantici numeros audias quin his sententiis, his moribus, his adfectibus unice dicas convenire. magna haec poetae laus est; sed etiam iambi laudandi sunt. nulli enim praeter hos numeri tam habile instrumentum in quamvis magni poetae manu essent. quodsi Pindarum comparamus, effectit quidem huius poetae ingenium ut eadem sublimitate et magnificentia deos heroes pugiles equos laudaret, est vero etiam quod dactyloepitritos crinemur. ego certe, qui utrumque poetam in deliciis habeo, saepe expertus sum, Aeschyli iambos facile inhaerere memoriae, atque siquando verba defecerint, numeros tamen et quasi modos non excidere (quod de Euripidis iambis propter inanem saepe strepitum ac tinnitum non dixerim): at Pindari dactyloepitritica carmina et ad ediscendum inveni difficilia et, nisi verba accederent, numeros numquam tenerem. glyconeos autem quoniam Sophocles et Euripides et Aristophanes et in luctu et in risu, et ad gravissima et ad levissima adhibuerunt paene eosdem, ἴσθος non innatum habere sed a musica arte accepisse consentaneum est. Aeschylus, qui metrica magis quam musica arte confidit, glyconeis parce utitur. iambis igitur principatum debere inter numeros Graecos dico, maxime propterea quia legibus utuntur tam certis et simplicibus, sed quae summam inveniendi libertatem poetae indulgeant. quas leges cum nuper breviter exposuerim, nunc verbis etiam magis parcam, sed carmina proponam recte disposita. utinam spes me non decipiat, fore ut tandem

recte legantur. incipiendum enim est ab Agamemnone, quam traegodiam ante hos decem annos frustra videor edidisse. nec tamen a me impetrare possum, ut aliorum hominum figuras rhythmicas aut metricas examinem. in simplicitate veritas est, veritatis autem lucem cernit quicumque oculos habet et oculis suis uti vult.

In primo Agamemnonis cantico ea quae Aulide gesta sunt tribus strophis narrantur mere iambicis v. 193—256, quarum numerus solito more significatos haec brevis tabula refert: a. 3. 3. 4. 3. 7. 2. 8. b. 3. 3. 5. 3. 4. 5. 2. c. 6. 8. 5. 5. 9. periodos secundum catalexin distinxi; semel (251) hiatus integra dirimit metra. apparet fieri posse ut nonnulla continuentur, modo pro catalexi brevem alteram supprimi sumas, nam hiatus nullus omnino est, breves syllabae perpaucae (207. 229. 239). verum hoc parvi momenti est. nam etiamsi largior fuerim in distinguendis periodis, maxima numerorum est simplicitas, nec tamen quidquam hac simplicitate gravius aut disertius, neque ullis effrenatae musicae lenociniis diversissimi adfectus acrius excitarentur. audi modo stropham primam

πνοαὶ δ' ἀπὸ Στυρμόνος μολοῦσαι
κακόσχολοι νήστιδες δύσορμοι,
195 βροτῶν ἔλαι, ναῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς,
καλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι
τρίβῳ κατέβαινον ἔνθος Ἀργείων. ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ
200 βριθύτερον πρόμοισι
μάντις ἐκλαγξεν προφέρον Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βακ-
τροῖς ἐπικρούσαντας Ἄτρείδας δάκρυ μὴ κατασχεῖν.

nonne procellarum strepitum audis, longa desidia langues, horribile nescio quid praesagis, postremo funestis oraculis ad lacrimas paene excitaris? qui tandem hoc efficere valuit Aeschylus? procellam inducit mutatis subito in contrarium numeris: sublimes enim trochaei antecesserunt. suppressa altera undecimi metri, duodecimi priore brevi syllaba *χρόνον* vere facit *καλιμμήκη*. auge hoc artificium gravis in medio metro interpunctio v. 197. et iam instat anaclasis; prima est in paenultimo periodi metri (199), deinde dimetri catalectici prius metrum obtinet, postremo septem choriambi continuo decurrunt; ultimum metrum, utpote catalecticum, anaclasin non admittit. antistrophus, quam describere supersedeo, eisdem artibus animi tumultum describit, quo Agamemno perturbatur. sentimus horrorem patris in taetri sceleris imagine commorati (*μιαίνων καρθενοσφάγοισιν λύθροις πατρώους*

χέρας πέλας βωμοῦ; interpungitur eodem rursus versus loco¹⁾, sentimus in violentis choriambis φρενὸς δυσσεβῆ τροπαίαν, cum imperiosius ducis animum τάλαινα παρακοπά occupat.

Stropha altera primum legitimo cursu incedit; mox suppressa saepius altera metri brevi syllaba tardatur, tum vero integrum et anaclomenon metrum alterna vice se excipiunt; tardatis illis metris chorus suam de scelere sententiam fert, anaclomenis ipsum facinus enuntiat. in antistropho Iphigeniae moribundae torporem tardi, poparum crudelitatem concitati iambi describunt. ultima stropha, sicut res et sententias habet magis tranquillas, ita in longiores excurrit periodos, neque ullo in metro altera brevis supprimitur ante tertium a fine, nullus choriambus est ante paenultimum. quo fit ut in eandem omnes strophae exeant clausulam, alterius et tertiae tria adeo ultima membra eadem sunt. finem vero strophae iambicae anaclasi ornari etiam in Euripide vidimus. contineo me in adscribenda antistropho altera, stropha tertia; quas ab eis qui prius commentariolum pertractaverint, statim recte lectum iri confido.

λιτὰς δὲ καὶ κληθόνας πατρίους

παρ' οὐδὲν αἰῶ τε παρθέτειον

ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς·

φράσειν δ' ἄβροις πατῆρ μετ' εὐχὰν

δίκαν χιμαίρας ὑπερθε βωμοῦ

πέπλοισι περιπετῆ παντὶ θυμῷ προνωπῇ

λαβεῖν ἀέρθην, στόματός τε καλλιπρώρου φυλακᾶ κατασχεῖν

φθόγγον ἀραίον οἴκοις.

βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύθω μένει

κρόκου βαφᾶς ἐς πέδον χέουσα²⁾

1) Ἀέθροις edideram, εἰέθροις traditum est. quod cum Triclinio in εἰέθροις mutare tam facile quam perversum est. nam εἰέθρον nequaquam 'id quod fluit' esse potest, neque testis huius usus est praeter Simocattam, et hunc sane docet. tamen Pluissius ad Homerum provocare non erubescit. Aeschilo non indignum est ῥοαῖς, sed hoc ab eo non scriptum esse librorum memoria docet. itaque teneo quae dederam; quamquam ultra speciem veri talis coniectura non ascendit.

2) Traditur στόματος φυλακᾶν κατασχεῖν φθόγγον . . . βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύθω μένει, κρόκου βαφᾶς δὲ . . . χέουσα, neque peccant haec in grammaticam, imo στόματος φυλακᾶν multo rectius ad actionem verbi apponitur (ὡστε φυλάττειν τὸ στόμα), quam φυλακᾶ κατασχεῖν φθόγγον βίᾳ, quod plerique edunt: languet enim datus ad dativum appositus, nec φυλακᾶν bene explicat βίᾳ. tamen Blomfieldus verissime φυλακᾶ restituit, cum στόματος κατασχεῖν φθόγγον necessario coniungendum sit, neque φυλακᾶ ad custodiam sed ad cautionem referendum sit: φυλάττονται μὴ ἀράσῃται. verum hoc qui recte perspexerit ultro etiam tendere

- 340 ἔβαλλ' ἑκάστον θνητῶν ἀπ' ὄμματος βέλει
 φιλοίκτω, πρέπουσ' ὅπως ἐν γραφαῖς, προσενένπειν
 θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις
 πατρὸς κατ' ἀνδρώνας εὐτραπέζους
 245 ἔμελψεν, ἀγνῆ δ' ἀταύρωτος αὐδῆ πατρὸς
 φίλου τριτόσπονδον εὐποιμον παιῶνα φίλως ἔτιμα.

Alterum Agamemnonis canticum totum ex iambis constat praeter ephymnia, de quibus dixi Her. II^o 81. prima stropha has habet periodos catalexi satis certo definitas, quamquam hiatus pauci sunt (368. 376) 3. 3. 3. 14. 3. 5. 2. incessus multis brevibus suppressis tardatur, atque in longissima periodo seriem dimetrorum animadvertere licet, quorum prius metrum integrum a principio est, alterum decurtatum. simile quiddam in paenultima primi cantici stropha erat, altero quoque metro anaclomeno, atque in ionicis anaclomenis inde ab Anacreonte usque ad Callimachi galliambos talia frequentissima esse constat. hic anaclasis una est in metro paenultimo, qua efficitur ut dimeter iambicus ultimus primo ephymnii pherecrateo simillimus sit. crederes eiusdem numeri esse οὐ γάρ ἐστιν ἑπαλέξῃς et εὐ παιδῶν λαχόντα.

non dubitabit. Agamemno enim utrum credendus est iussisse 'tollite victimam et cavete ne mala verba suis imprecetur' an 'tollite et cavete ne mala verba suis imprecetur vi et vinculis?' patris est rem iubere, ministrorum crudeliter agere ut rem efficiant. ergo βία χαλινῶν τε μένει ab antecedentibus separanda sunt. porro κρόκον βαφῆς δὲ χίονσα si tenemus, Iphigenia dicitur demissa veste interfectorum misericordiam tacito vultu implorasse. cur vestem demisit virgo? χίονσα enim legimus; demisitne ipsa? cur tacet? audivimus ministros vincula ori admove re iussos esse, sed tam raptim procedere orationem nonne miramur, ut iussis Agamemnonis enuntiatis statim de Iphigenia agatur? φράσεν δ' ἄλοχός πατρός — κρόκον βαφῆς δὲ χίονσα ἔβαλλεν, sic haec se excipiunt; expectarem certe personae personam opponi, ἢ δὲ τὸ κροκατῶν καθιέισα. sed ne haec quidem satis digna essent summo poeta. quem potius decet patris imperium referre, prae tanta crudelitate paullulum obmutescere, ab Iphigeniae imagine describenda denuo ordiri 'dum os vinculis obnubunt, sinus virginis nudatur, implorat tacito vultu interfectorum misericordiam'. hoc demum Aeschylī esse confidenter dicerem, etiamsi non ante dativos illos stropha terminaretur. nunc intolerabile etiam ab hac parte id est quod traditum accepimus. nam potest quidem grammatica ratione ex antecedente stropha pendere quod in principio proximae est, sed sententia semper nova et absoluta est. frustra hebetes editores aliena exempla adferunt. ego vero peccaveram, cum ἀναίδω μένει in ἀναίδει mutarem, non quod nimis haec essent crudelia (qui ἀναίδης dicit impudicum esse, vim vocabuli ignorat), sed tam singularia quale est ἀναίδων μένος 'vis quae vocem prohibet' per corruptelam non efficiuntur. non satis perspexeram in vetere Graecorum lingua adiectivis omnibus activam et passivam vim inesse.

- Λιὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν·
 πάρεστίν τοι τόδ' ἔξιχνεύσαι·¹⁾
 ἔπραξαν ὡς ἔκραναν· οὐκ ἔφα τις*
 370 *θεοὺς βροτῶν ἀξιουῶσθαι μέλειν
 ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ'· ὃ δ' οὐκ εὐσεβής·
 πέφανται δ' ἐγκόνοις ἀτολμήτων ἔρον*
 375 *πνεόντων μείζον ἢ δικαίως
 φλεόντων δωμάτων ὑπέρφεν,
 ὑπὲρ τὸ βέλτιστον, ἔστω δ' ἀπήμαντον ὥσ' ἀπαρκεῖν*
 380 *εὖ πραπίδων λαχόντα.*

servavi nunc ἀπαρκεῖν, licet neque respondeat antistrophus neque emendationem videatur admittere quae his respondeat. nunc enim quidquid ferri potest tolero).

Alterius strophae exemplum sit antistrophus :

- 420 *ὄνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες
 πάρεισι δόξα φέρονσαι χάριν ματαίαν.
 μάταν γὰρ εὐτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὄρη,
 παραλλάξασα διὰ χερῶν βέβακεν ὕψις οὐ*

1) Pluissius edidit ἀνειπεῖν cum hac explicatione *laut verkündigen*, z. B. *cincin sieg. ton?* vult igitur mortuos Troianos proclamare, se a Iove victos esse. ὁ νικώμενος σιγά Aeschylus traditur dixisse ad Ionem conversus: sed historiam hic interpres contemnit; praeconum esse ἀναγόμεναι fortasse numquam audivit. quid discipulum suum interroget, me nescire fateor. idem in proximo edidit *πέφασται τοῦτο δ' ἔξιχνεύσαι* miratus ipse in adnotatione *stellung von δέ!* barbarismum coniectura procreatum imprimis videtur pulchrum putare. idem ἀτολμήτων ἄρη, quod traditum est, servat, sed explicat quasi idem esset atque ἔρον, adnotat enim ἀτολμήτων genitivum esse obiectivum, *ἄρη wildes verlangen*. idem βέλτιστον esse vult *das eigene beste*. idem interpungit *ἔστω δ', ἀπήμαντον ὥσ' ἀπαρκεῖν* et legentem interrogat hoc utrum sit dictum *com ausreichen mit dem besitze an com sichern aushalten gegenüber den gefahren des schickkals*. non mirum est omnia monstra facere qui tanta Graeci sermonis ignorantia est. difficillimos versus 374 sqq. a me recte intellectos aut emendatos esse minime adfirmo; volebam autem hoc fere τοῦτο δὲ (πρόνοιαν εἶναι) φανερόν γεγένηται τοῖς παισὶ τῶν περιρριταῖς ἐπιθυμίας λαν κατεχομένων, ἦγονν τοῖς Πριαμίδαις, γενομένοις ἐξ οἴκων ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πλουτούντων (ἐγκόνοις utpote relativa vox genitivum requirit, nec ullus suppetit praeter δωμάτων). ἔμοι δ' εἴη τὸ ἀκίρδυνον, ὥστε μετὰ σωφροσύνης τὰ ἀκοήντα ἔχειν.

2) Ex antistropho dicendum mihi est de v. 395: traditur πόλις πρόστριμμα ἄφαιρον θεῖς; Triclinius metro ita subvenit ut ἐνθεῖς scriberet. atqui Latine quidem urbi labes inferri dicitur, ne Latine quidem in urbem inferri, Graece ἐν-τιθέται hac vi nec dictum est nec dici potest. neque enim πρόστριμμα res est quae in urbe collocetur, sed τιθέναι agendi tantum habet notionem; idem est ac si dixisset πρόστριμμα προστίβεται. ergo facillima traiectione θεῖς ἄφαιρον scribendum est. monui hoc ante multos annos, neque credo Kirchhoffium aut Weiliam consulto hoc sprevisse. eos qui graece nesciunt aut dolo malo agunt non curo.

425 μεθύστερον πτεροῖς ὀπαδοῦσ' ὕπνου κελεύθοις.

τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη

τὰδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα.

430 τὸ πᾶν ἀφ' Ἑλλανος αἰας συνορμένους ἀπέν-
θεια τλησικάρδιος δόμοις ἐκάστου πρέπει·
πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἦπαρ.

periodi sunt paucae sed longae, 7. 11. 3 3 11. anacalasis nulla, altera brevis semel supprimitur, ubi Helenae adulterae (407 βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλῶν) et somnii fallacis (424) discessus describitur. sed duo trimetri acatalecti interponuntur, hiatu (409. 10) aut syllaba ancipite (428) certo discreti. quibus in strophā vatum verba magnifice extolluntur, in antistropho verba quidem paene vulgaria sunt (ne hoc quidem trimetris male convenit), sed grave est quod ea quae de Helena dici videbantur etiam ad praesentem Argivorum miseriam referenda esse certiores fimus. sic enim ad alteram cantici partem transitur. sed haec paullo explicatius tractanda sunt, postquam Blassius nuper (Herm. 29, 633) cum aliorum tum meos errores feliciter coarguit, explosa voce non Graeca πένθεια, quam a codicibus et scholiis traditam male conservaveramus. verum gratias non solum agam Blassio, sed etiam referam. ille enim Aeschylī mentem nondum plane perspexit, cuius verba primus recte emendavit. cum enim scholion hoc sit τῶν συνημένων τῆς Ἑλλάδος ἀπάντων ἐκάστου τοῖς οἴκοις ὀδυνηρὰ πένθησις διαπρέπει, scholiastam et συνορμένων et δόμοις legisse autumat. atque hoc quidem ego quoque restitueram, sed genitivum scholiasta facile poterat substituere, cum συνορμένοις et δόμοις, domini et domus, ἐκ παραλλήλου dicta essent. ceterum scholiasta praeter falsum illud πένθεια omnia recte mihi videtur intellexisse, Blassius vero Aeschylī verba vertenda esse dixit für das haus cines jeden ausgezogenen geizigt sich starkmutige fassung. quod ferri posse nego. πρέπειν a scholiasta rectius explicari non dubitabit qui Electram comparaverit πένθει λυγρῶ πρέπουσαν, (Choeph. 17); nec finisset novum vocabulum ἀπένθεια Aeschylus ut de animi adfectu diceret. πένθος Electrae in tonsis capillis et lugubri veste comparet, ἀπένθεια domuū Argivarum, quod luctum nullum prae se ferunt, dum domini bello absumuntur. maxime autem chorus de se loquitur, festa enim veste et coronis ornatus laetis Clytaemestrae sacris interest, dum animus luctu et desiderio suorum premitur, de quorum fortuna omnia funesta praesagit. qui laetus adspectus eis oppositus est quae modo in gravissimis illis trimetris conquestus erat, dolores esse κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας. atque haec rursus similia sunt rebus Atridarum, nam

ibi quoque externa species omnium rerum splendidissima est, sed omnia atra atque dira sunt quae sub hac specie latent. magno cum gaudio, postquam Blassius gravissimam vocem restituit, divinam Aeschyli artem tandem recte percepi, abiectis coniecturis, quarum vana specie olim decipiebar. omnino sublimis poetae carmen ita demum recte intellegi potest, ut mente nostra nos in mentem auctoris insinuemus atque cum eo sentire discamus, qui divino spiritu afflatus uno nisu et sententias et verba et numeros procreavit. verborum ad sanam et severam grammaticam exactorum explicatio fundamentum quidem omnis est intellegentiae, sed a singulis ad totum non pervenitur. a fonte decurrit fluvius: ab intimo poetae sensu interpreti procedendum est, qui officio suo satisfacere vult neque prae arboribus silvam neglegere. velut huius carminis, quo ne Aeschylus quidem perfectius composuit, hic est decursus. persuaserat choro Clytaemestra Troiam captam esse, gratias agere instituit deis, quorum iustitiam in hoc impiae superbiae supplicio praestitam praedicat. sed sicut antea sacris a Clytaemestra factis memoria aliorum sacrorum in chori animo excitata est, quae Agamemno Argis et Aulide ante bellum fecerat, ita nunc Paridis interitus Helenae imaginem suscitatur. commoratur chorus in eis recolendis quae statim post fugam adulterae gesta sunt, persequitur Menelai desiderium, atque in universum dicit, vana esse gaudia somniorum, quibus imagines amorum nostrorum excitantur mox evanescentes. conveniunt haec in Menelaum, in quem vates dixerant *πρόθω δ' ὑπερποντίας φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν*. sed alio tendit chori sententia 'haec et his graviora domi nostrae habemus. quam sumus ferrei qui luctum animorum dissimulamus. multa enim mala imminet. meminimus bene, quot quam fortes cives Troiam miserimus, sed domum redeunt (redierunt adhuc atque redibunt) arma¹⁾ tantum et cineres. bellum enim fortissimum quemque absumit, suscensent cives regibus propriae iniuriae vindicibus. per divinam iustitiam fieri nequit quin diri aliquid ambitiosis ducibus eventurum sit. ne triumphus quidem deleta urbe paratus faustam et duraturam dabit fortunam'. rediit ita chorus ad ea quae de iustitia divina et sorte humana dixerat (390 ~ 465. 373 ~ 471), atque est hoc moris Aeschylus, quo more observato permulta et rectissime possunt et certissime expe-

1) *τέλετη*, hoc est ex usu Homeri. immane hoc de urnis accipi, quasi in unam domum unius viri cineres (*σποδός*) in pluribus urnis conditae pervenirent. arma occisorum domum mitti consentaneum, non tam ab Achivis quam ab Atheniensibus Aeschyli aequalibus. *ὄπλια περιζόμενοι* heredem suis privari nolunt. quamquam etiam Spartam vir fortis aut cum clipeo aut in clipeo redit.

diri; sed hac ipsa cogitatione nunc ad prorsus contraria deductus est. coepit gratias agere Iovi, nunc eisdem iram metuit; a Iove se percussus esse fatendum erat Troianis: nunc fulmen invidiae divinae triumphantibus Atridis imminet. quodsi penitus ita mutatus chori animus est, neque gratias amplius Iovi agere potest neque credere amplius, ex quo exorsus erat, Troiam captam esse. namque iustitiam divinam eis ipsis, qui poenas demeruerunt, triumphum concessisse quis potest credere. 'qua auctoritate nuntius victoriae confirmatus est? igne qui in Arachnaeo comparuit? at hic fallere potest?'. male factum quod mulieri obsecuti praepropere deis gratias agebamus (354 ~ 485): evanesce celerrime inanis rumor a credula muliere excitatus'. scilicet hoc quoque vanum gaudium erat, somnium desiderio excitatum (274—76?). 420—26. 480—86).

Deflexi a re metrica, abripuit me amor divini carminis quod ab editoribus et interpretibus discindi et pessum dari video. etiam metrica lucem et dat et accipit, ubi quaerimus unum ac solidum an inter plures personas dirimendum carmen sit. sed antequam in hac via pergam, quin de uno versiculo dicam non me contineo, qui et integerrime servatus et pulcherrimus est, sed a plerisque pessime habetur, nuper etiam a Blassio. 469 *βάλλεται γὰρ ὄσσοις Λιόθεν κεραυνός*. grammaticae hoc non aliter dictum est quam *βάλλεται τῇ ἐλεπόλει λίθος*. at hoc ineptum esse iactant,

1) 476 *εἰ δ' ἐτητύμως, τίς οἶδεν, ἦτοι θεῖόν ἐστι μὴ ψέθος* graviter corrupta sunt. *ἐτήτυμος* quidem Lauratus iam restituit (quamquam Pluessius illud tenet adscribitque *ergänze δήκει βάζεις*; quasi ignorarent rumorem ferri!); *ἦτοι* cum Byzantinis maxime familiare sit, *εἴτε* Schneidewini omnes probabilitatis numeros explet. nam cum chorus omnino nihil adfirmare velit, duplex interrogatio requiritur, neque probari potest (quamquam intellegi certe) *ἦτοι* post gravem interpolationem. denique *μὴ* iam Dindorfius recte sustulerat. rectius autem exarabimus *Ἰσιμψέθος*, ita enim et erroris causa indicatur et vestigium emergitur veteris scripturae, qualia haud pauca in Aeschyli libris observavi. fraus divina non ita est intellegenda, ut deus quidam accenderit ignem eo consilio ut Argivos deciperet, sed *διὰ τινος θείου ἐψέσθημεν*, quidquid id fuit. quippe ea quoque quae nos aut Graeci minus iam religiosi ad casum referimus, Aeschylo et vulgo Graecorum *θεῖα* videri poterant semper, et videbantur ea certe quae aliquam ob causam graviora hominibus fiebant. non haesitabit qui Graece didicist sentire. quid Pluessius? tenet tradita et adnotat *etwas göttliches von der art die nicht lüge ist*.

2) *ἄπτερος φάτις* 276 esse *προσηνῆς φάτις* exposui Isyll. 112, non mea usus doctrina sed veteribus grammaticis hunc ipsum locum enarrantibus. at Pluessius magis profunda sapit, vel, si mavoltis, alta; repetenda haec fortasse esse sicut *ἔπεα πτερόεντα* ab avibus mentis divinae nuntiis, *hier von einer nachricht ohne höhere gewähr und verständlichen sinn*. talem interpretem iure interrogabimus, *ἀλλ' ἦ σ' ἐπιάνεν τις ἄπτερος φάτις*.

fulmen oculis Iovis mitti. ipse Blassius ὄσσοις intellegit 'quam multis a Iove fulmen incitur'. nolo premere, quam humile hoc et languidum sit: falsum est et perversum; falsum, nam fulmine pauci feriuntur; perversum, nam fulmine non magis victor quam servus feritur. *feriuntque summos fulgura montes*; hoc translate dictum est. sed hic ubi est translatio? quid Graecus poeta voluerit, non e nostra religione aut sapientia definiendum est, sed discendum a Graecis, vel potius Graece sentire philologum decet. qui Herodotum suum et Platonem, Aeschylum et Callimachum bene novit, qui artis monumenta etiam infimae non contemnit, falli vix potest, ubi legit βάλλεται γὰρ ὄσσοις Διόθεν κεραυνός· κρήνω δ' ἔφθονον ἔλβον. φθόνος enim illud fulmen est, invidiae autem tela oculis iaciuntur. τὸ θεῖον φθονερόν καὶ ταραχῶδες; invidia quidquid maleficis oculis perlustrat perdit. invidiae telum visus est: Iovis telum fulmen est: ergo pro Iovis invidia fulmen dicitur, missum inde unde invidia mittitur, ex oculis. ne audaciam quidem dicendi ullam in hoc versu esse dixerim. multo audacius quod ignotus tragicus fulmen 'Iovis oculum' vocavit: ὡσπερ ὀφθαλμὸς Διὸς tragica glossa est ab Hesychio servata cum explicatione ὡς ἄστραπή. Agamemno purpuram caleaturus veniam petit μή τις πρόσωθεν ὀμμάτων βάλῃ φθόνος (847), a deis hoc precatur (quamquam nulla mutatione opus est ut hoc intellegatur, id quod olim credidit). taedet me de re nota vulgaria constipare exempla: potius alteram Aeschyli locum eadem superstitione conspicuum explicabo, quem item corruptissimum esse ferunt. a Supplicibus 646 Argivi laudantur, quod a partibus feminarum contra mares stant

Ἄγον ἐπιδόμενοι πράκτορα [τε] σκοπὸν
 δυσπολέμητον, ὃν [οὐ]τίς ἂν δόμος ἔχοι
 ἐπ' ὀρόφων μαιίνοντα, βαρὺς δ' ἐφίξει.

scholiasta recte adnotavit τὸν Διὸς ὀφθαλμὸν τὸν πάντα σκοποῦντα et ἐφίξάνει γὰρ βαρὺς καὶ ἐρείπει τὸν οἶκον. atque οὐ recte delevit Wellauerus; τε Bergkium delevisse et in stropha, ubi τὰν Πελασγίαν πόλιν traditum est, γὰν Πελασγίαν restituisse refert Weckleinus. quod ubi ille protulerit, quibus rationibus demonstraverit nescio. at scripsisse ita Aeschylum diu est quod perspexi, dochmio anaclomeno reperto valde laetatus. qui τε addidit, fortasse alio loco collocatum volebat, ita ut duo quae ei videbantur substantiva coniungeret: certe nullam admittit explicationem. dixit autem Aeschylus Iovis oculum πράκτορα, propterea quia deus dum male facta animadvertit in eadem animadvertit. visum igitur divinum nulla domus in tecto suo sustinere valet, praegravis enim incumbit. non solum per tectum penetrat visus dei omnia cernen-

tis, sed perrumpit domumque diruit ultor visus, *πράκτωρ σκοπός*. quodsi perrumpit *ὄφθαλμὸς Διὸς* nonne fulmen est? fulmen esse *μιαίνοντα* docet, quod tolerare nolunt¹⁾, et est sane cur nostra religio obstupescat. 'incestantem divinum visum non sustinet domus', hoc nobis quidem impium videtur. at de fulmine *μιαίνειν* apposite dictum est. nonne *ψολδαίεις κεραννὸς* fumo flamma foetore omnia inficit? nam *τύφεται* in aeternum *Δίου πυρὸς φλόξ* (Eur. Bacch. 8) ac vel Eridanus *βαρὸν ἀνακηκίει ἀτμόν* (Apoll. Rh. 4, 600), et Asopus *πεπάλακτο κεραννῶ* (Callim. 4, 78). sacra sunt corpora fulmine tacta, quae aut eodem quo iacent loco humanantur aut omnino inhumata manent. quid quod arbustum quod saepe fulminibus feriri credebant Aeolenses a sancto igne arcebant (Theophrast. hist. plant. III 8, 5). Capanei corpus *ἱερόν* quidem est, sacrum, sed incestum; quod Theseus cum ceteris ducibus cremandum non ducit. Phaethontis corpus atro fumo domum Meropis implet (Eur. fgm. 781): profecto *μιαρὸς νέκυς* est. *μιαίνειν* enim proprie de eis dicitur quae tangere religiosum est; corpus mortuum et puerpera *μιαίνουσι*, nec tamen sine dis vita humana aut oritur aut perit. ergo visus Iovis vere dicitur *μιαίνων* penetrare in domum impii; nam si deus malo afficit hominem, etiam impura ac taetra dei sunt, sicut invidia dei erat, donec magis caste de eo sentire homines coeperunt atque Plato *φθόνον ἔξω θείου χοροῦ* esse dixit. tunc etiam non incestari, sed honorari docebant quidquid Iovis fulmen tetigisset. verum hoc nihil ad genuinam aut Aeschyleam religionem. scio aliter sentire Rohdium, qui in admirabili libro quem de anima scriptis (132. 696) homines fulminari dixit ut dei fierent, atque auctoritati gravissimi viri tantum tribuo ut sententiam eius redarguere quam neglegere malim. qui testimonia non attulit nisi sera²⁾,

1) De coniecturis plerisque dicere piget; velut Hermannus Iovis exactorem pervigilem cubantem facit in tecto, *πράκτορα πάνσκοπον λαύοντα*, similiterque plerique; qui nihil haberent quod responderent interrogati quos tandem exactores Iuppiter haberet. Weilius *ὅν οὐκ εἶν δόμος ἔχων λαύοντο*; scitius hic, sed vitiosum esse in absoluto dochmio hiatum non poterit demonstrare, et *λαύοντο*, h. e. *ἐσφραλίνοντο* sententiae minime satis facit. ac vereor ut Weilius Graecum poetam habeat, qui verbo illo similiter usus sit. quod tragoedia omnino sprevit.

2) Supplices Euripidis e Rohdii memoria, quamquam saepius hanc fabulam laudat, paene excidisse videtur. dicit enim Capaneum fulminis ictu heroem redditum ad domus regiae portam humari. at Eudna in rogum Capanei desilit, rogus autem ad Cereris Eleusinae fanum, quod in scaena est, erigitur, a poeta scilicet, ut Eudnam de scaena in rogum insipientem inducere possit. neque heros factus esse dicitur Capaneus, sed *ἱερός*, sacer: sacer nec deus nec heros esse potest. quid tandem sanctissima Eudnae fabula vult, nisi

ex parte ambigua aut aperte contraria opinioni suae¹⁾. quid Graeci senserint certissime demonstrant Salmoneus Capaneus Phaethon Idas Ajax Locrus, etiam Tarentini illi, ad quorum tumulos iusta ferri vetitum erat (Clearcho teste apud Athen. XII 522^b), omnes propter superbiam morte dira puniti, neque ut deus fieret (quod Christianus scilicet Minucius contumeliose dixit), sed ne leges divinas violaret, Aesculapius a Iove ictus est. ne Scmela quidem, cuius exemplo Rohdus maxime nititur, quae ζῶει ἐν Ὀλυμπίοις ἀποθανοῦσα βρόμῳ κερανοῦ (Pind. O. 2, 25) ictu fulminis dea reddita est, sed ab inferis a filio suscitata. profecto ἀποθανοῦσα Pindari aliud est atque Rohdii *zu erhöhtem dasein aus der sichtbaren welt entrückt*.

Redeamus in viam. consideremus numeros cantici Aeschylei. quos uno verbo definire licet, stropha enim tertia e triginta continuis metris constat, epodus e triginta duobus. altera brevis nulla supprimitur, et in epodo ne anaclasis quidem ulla est, strophae ultimae octo metra alterna vice recta et inflexa sunt, more iam supra spectato. hanc catalexis finit; epodus, cuius cursum multae etiam accelerant solutiones, integro iambo abruptitur potius quam terminatur. iuvat antistrophum cum ephymnio et epodum describere.

βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ
 δημοκράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.
 μένει δ' ἀκούσαι τι μοι μέριμνα νυκτηρηφές.
 τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοὶ κελαι-
 ναὶ δ' Ἐρινύες χρόνῳ τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ Δίκης
 παλιντυχεῖ τριβᾶ βίου τιθεῖσ' ἀμανρόν, ἐν δ' ἀ-
 στοῖς τελέθοντος οὐτις ἀλκά, τὸ δ' ὑπερκόπως κλύειν
 εὖ βαρῦ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις Διόθεν κερανόσ.

uxoris pietatem et amorem a marito non deficere etiamsi a deis castigatus, ab hominibus neglectus sit? etiam ad Clearchi narrationem non satis videtur attendisse Rohdus; hic enim Tarentinos propter superbiam a deis interfectos hac de causa nullis sacris honorari tradit, nequaquam tamquam heroas. ac miri essent heroas sacris carentes. ceterum Clearchi narratio apud Athenaeum prostat sub finem corrupta ac perturbata. atque credi non posse, nefarios istos homines intra urbem ad ostia domuum conditos esse adnotatione mea, quam Kaibelius subscripsit, monueram. ipsa Clearchi verba restituere nec poteram nec conabar.

1) Charax sacerdos patriam religionem allegorice et pragmatice defendens et Artemidorus, homo Stoicis rationibus deditus, graves auctores religionis et superstitionis sunt, sed suorum tantum temporum. quid Graeci sex saeculis ante sensissent neque sciebant neque curabant.

κρίνω δ' ἄφθονον ἔλβον·
μήτ' εἶην πτολίπορθος,
μήτ' οὖν αὐτὸς ἀλούς ὑπ' ἔλλων βίον κατίδοιμι.

πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου πόλιν διήκει θοὰ
βάξις, εἰ δ' ἐτητύμως, τίς οἶδεν εἰτε θεῖόν ἐ-
στιμ ψύθος. τίς ἔδε παιδὺς ἢ φρενῶν κεκομμένος
φλογὸς παραγγέλμασιν νέοις πυρωθέντα καρ-
δίαν ἔπειτ' ἀλλαγῆ λόγου καμειν. γυναικὸς αἰχ-
μῆ πρέπει πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι.
πιθανὸς ἄγαν ὁ θήλυς ὄρος ἐπινέμεται ταχύπορος, ἀλ-
λὰ ταχύμορον γυναικογήρτον ὄλλυται κλέος.

Celerimos hos numeros qui recte recitare didicerit quid de contumaci eorum iudicabit errore qui epodum inter quattuor chorentas distribuunt? ergo ubi poeta nullam recitanti requiem commisit, ubi ne finem quidem cantico concessit legitimum, sed cantum a coryphaeo quasi interrompi voluit, accelerantem praeconem conspicato, ibi perdita noviciorum criticorum sagacitas singulorum hominum voces distinguit. quamquam multo etiam magis perversi sunt qui ephymnia adeo rhythmica ab altera chori parte cantata esse suspicantur, ab altera strophas. re vera numeri cum sententiis conspirant, uti par est. atque de summa quidem rei iam dixi, in epodo autem, si pro poeta orator verba faceret, ita fere loqueretur 'verus an falsus sit rumor, qui de Troia capta per urbem est, ignoramus, nam igni isti confidere virum sanum dedecet. quodsi Clytaemestra victoriam lactis sacris celebrat, muliebri hoc facit credulitate, cuius mox poenas dabit'. unum est orationis filum. ergo uno pectore haec cogitata, uno ore pronuntiata sunt. quod vero particulis poeta pepercit, poeta est, Aeschylus est, asyndeti amantissimus. asyndetis vero si distribuendum esse inter choreutas carmen demonstratur, actum est de Pindari choro; cuius carmina, cum sententias saepissime praebeant abruptas et inconcinnas, nondum discerpta et inter choreutas dispertita esse saepe miratus sum.

Eandem iamborum speciem, quam in his duobus canticis animadvertimus, proximi stasimi una tantum praebet ultima strophæ (763—81), quæ, quamquam corruptelis obruta est nondum sublatis, quo fere modo describenda sit, ne leges iamborum laedat, in editione mea significavi. denique mere iambica ultimi cantici ultima strophæ est (1530—36 = 1560—66), periodis his 3. 2. 3. 6. 6. anaclasis una in dimetro; altera brevis nullo in metro suppressa.

Etiam Choephoron nobilissimus commus, quem tripartitum esse constat, tertiam partem (423—63) mere iambicam habet; ne hic

quidem altera brevis supprimitur, anaclasis autem in solo est ultimae strophae paenultimo metro, *εὐχομένοις δ' ἄν ἔλθοι*, qui dimeter hiatus a praecedente dimetro acatalecto separatus est. etiam mediae partis strophae aut maximam partem iambicae sunt, admixtis paucis alius generis versibus, aut mere iambicae, sed a parte tertia distant anaclasi et brevis alterius suppressione admissis. exemplo sit chori strophæ hæc (385—92)

*ἐφθυμῆσαι γένοιτό μοι πικάνετ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
θεινομένου γυναικὸς τ' ὀλλυμένας· τί γὰρ κεύ-
θω φρενὸς οἶον ἔμπαρ
ποτάται, πάροιθεν δὲ πρόφρας δορυμὸς ἄηται κραδίας
θυμὸς ἔγκοτον στόγος.*

licet hæc ita describere 5. 6. 7. (vel 3. 4), verum cum *γυναικὸς τ' ὀλ.* metra anaclastica et concisa (choriambum et baccheum, ut falsis sed commodis nominibus utar) copulari doceat, refutari non potest, si quis 18 metra continuari mavult. mere iambica eiusdem tragoediae paradoxus est, e tribus strophis et epodo constans, quam tamen describere nolo, cum verba explicari paucis non possint, in numeris vero vix titubaturus sit qui leges iamborum recte perceperit. memorabile tantum quomodo exitus stropharum ornati sint. prima sic exit 39, *μίμψεσθαι τοὺς γὰρ νέρθεν περιθύμως τοῖς κτανισί τ' ἔγκοτειν.* pentameter est iambicus, cuius tertium metrum anaclomenon est, prima duo suppressis brevibus alteris molossi speciem habent; similis est tetrameter catalecticus Sept. 770 *ἀνδρῶν ἀλφιστᾶν ὄλβος ἔγαν παχυνθείς*, in quo alterum metrum, detracta utraque brevi, spondiacum est. in Choephoron secunda strophæ extremum iamborum metrum, idque anaclomenon, pherecrateus excipit tamquam clausula, 54 *δνόφοι καλύπτουσι δόμους δεσποτῶν θανάτοισι.* nam nunc quidem pherecrateum esse concedere malo, sicut videtur, ne demonstrationis cursum turbem; aliquando fortasse vel hic ad iambos revocabitur. tertia strophæ et epodus in integra metra exeunt, ut exiit in Agamemnone epodus.

Porro in Choephoris post duas strophas maximam partem trochaicas duae secuntur mere iambicae 623—650; numeris facillimis his *a* 3 5 3 2 3 3 3. *b* 5. 7. apparet ex ipso conspectu, cum in *a* nulla ante finem sit catalexis, periodos aut hiatus dirimi, id quod semel tantum evenit post decimum a fine metrum v. 623, aut plane incertas esse. ceterum numeri facillimi sunt, tardati quidem haud raro brevibus suppressis, sed numquam inflexi. sententiarum vero et verborum tanta est difficultas, ut hic locus eis tractandis opportunus esse non videatur.

Eumenidum stasimon utrumque et a trochaicis coepit et in iambicam exit stropham. prior haec est

381 μένει γάρ· εὐμήχανοι δὲ καὶ τέλειοι κακῶν
τε μνήμονες Σεμναί,

385 καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς ἄτιμ' ἀτίετα διέκομεν
λάχη θεῶν διχιστατοῦντ' ἀνηλίφ λάμπη,
δυσοδοπαίκαλα δερκομένοισι
καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς·

390 τίς οὖν τάδ' οὐχ ἄζεται τε καὶ δέδοικεν βροτῶν,
έμοῦ κλύων θεσμῶν

395 γέρας παλαιόν, οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ, (στῆνάν)
καίπερ ὑπὸ χθόνα τάξιν ἔχουσα
καὶ δυσάλιον κλέφας.

Excipit hexametrum et octometrum iambicam tetrameter dactylicus cum dimetro trochaico, quibus ad numeros antea regnantes remittitur. utraque autem iamborum periodus ultimi et catalectici metri primam brevem suppressit, quod in Aeschylō novum nobis obfertur, in Euripidis Supplicibus nuper saepius observavimus. sed multo gravius hoc apud Aeschylum, qui vim ac naturam numerorum secutus ipsum nomen dearum Atticum (quamquam plerique editores non viderunt) et legem divinam, quam toto carmine Furiae celebrant, in illo conspicuo versus loco collocavit. quo artificio poetae animadverso etiam in verbis restituendis adiuvatur. accurate enim sententiae et numerorum membra inter se conveniunt. ille (reus, in quem impetum faciunt furiae) manet (fugere nescit), perfectrices vero malorumque memores sumus deae Magnae, et inexorabiles mortalibus munere fungimur contempto, a deis alieno, sub luce, quam sol non mittit, quo nec caecis nec videtibus accessus est. ergo Σεμναί subiectum est, praedicata antecedunt, copula suppressa est, καὶ διέκομεν (quod bene ex διόμεναι Heathius restituit) novum enuntiatum est, in quo deorum hominumque simul ratio habetur. Tartarus denique quod ὄξυμῶρος dicitur, non sole carere aut tenebrosus esse, sed luce ἀνηλίφ uti, audax hoc quidem est, et audaciam poeta collocatione vocabuli metrica confitetur, sed quanta est temeritas Furiis et Aeschylō terminos figure velle, quos in Tartari horroribus describendis transgredi non debuerint? itaque etiam in antistropho sedes manifestae corruptelae inventa est, gravissimam vocem perisse scimus, ac mihi quidem τάξιν ornandam fuisse epitheto certum videtur, ut respondeat ultimo membro καὶ δυσάλιον κλέφας. nam ne Graecus homo στῆνάν

cum *χθόνα* coniuncturus fuerit, non est verendum. de ipso supplemento non litigo.

Alteram stropham (550—63) non opus est apponere, neque enim faciles hi numeri quemquam latebunt 5. 3. 9. 4. tetrameter solito more anaclomenus est *ἔρματι προσβαλῶν Δίκας ὄλετ' ἔκλειντος ἄστος*. memorabile autem, Aeschylum his iambis eo quasi praeluisse, quod proximam stropham, quae e trochaeis et dactylis constat, simili tetrametro terminavit 537 *φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος καὶ πολύνεκτος ὄλβος*, ad quam normam antistrophi verba ab Heathio recte exacta sunt, cum librarii trochaeos restituere male conati essent.

Hi sunt trilogiae iambi puri; nam de eis, qui dochmiis aut glyconeis intermixti sunt, aut quos ionicos potius quam iambos appellare consuevimus, dicere nunc non in animo est. quamquam ioni et iambi certis terminis non discreti sunt, atque una quidem huius modi strophae explicanda videtur vel propterea ut appareat, cur inter puros iambos non relata sit. est in Agamemnone 737—62, tertia magni cantici, quod in prima trochaeos cum ionicis coniungit, alteram glyconeam quartam mere iambicam habet. incipit ab iambis 7. 3. 2 cum clausula Lesbica; altera pars 8 ionicis duo membra Lesbica addit. inter iambos concisa compluria metra sunt, inflexum paenultimum, quo similis redditur Lesbii versus (glyconei una syllaba aucti) qui sequitur. in ionicis anaclasis una est, eaque tantum in strophae, si libros sequimur. de origine et mensura membrorum Lesbiorum ultra quaerere nondum audeo.

πάραντα δ' ἔλθειν ἐς Ἴλιον πόλιν

λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμον γαλάνας,

ἀκασκαῖόν τ' ἄγαλμα πλούτου,

μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος

δηξίδυμον ἔρωτος ἄνθος.

παρακλίνασ' ἐπέκραινεν δὲ γάμον πικρὰς τελευτᾶς

δύσεδρος καὶ δυσόμιλος σμμένα Πριαμίδαισιν

πομπᾷ Διὸς ξενίου νυμφόκλυτος Ἐρινύς.

Aeschylum Orestaeae numeros in iambico maxime genere quacivisse luculenter apparet, et praeter iambos in trochaeis. nam trochaica quoque carmina in omnibus trilogiae fabulis compluria sunt, et in Eumenisin trochaei iambos longe superant. utinam tragicorum artes et consilia in pluribus examinare liceret trilogiis. namque et singulis fabulis suum et ternis quae simul docebantur communem et a reliquis distinctum quasi colorem fuisse et in numeris et in modis conspicuum, ex unico Orestaeae exemplo colligitur. nunc singulas tantum inter se comparare licet tragoedias. sed

haec quoque diligenter examinanti scitu haud indigna praebent multa. velut Euripides eas duas quas nuper tractavi iambicas fecit paene totas (in Troasin dactyloepitriti accedunt): tertiam eiusdem generis nullam novimus; dochmii plurimi sunt in Ione, nullus in Iphigenia Aulidensi. itaque vehementer errant qui ab Aeschylō aliena esse opinantur siquae in una tragoedia tantum nobis quidem se offerunt. et ab Oresteā maxime differunt Prometheus et Supplices, haec ionicis, illa peculiari dactyloepitritorum specie insignis.

Promethei parodum nunc omitto; regnant in priore strophā Anacreontei illi numeri, quos eodem iure iambicos ionicos choriambicos appellare licet, in altera iambi, sed Lesbica membra in utriusque extremis periodis accedunt. mere iambica una epodus est, 901—6, dactyloepitritici carminis. atque finiri iambis carmina alius generis etiam in Oresteā vidimus, epodum vero iambi amant, trochaei Aeschylei repudiant. hunc tamen Promethei epodum plerique editores, inter quos etiam Weilius est, numeris instruunt mihi certe inter Graecos invisitatis. re vera facillime ita decurrunt iambi

ἔμοι δ' ὅτι μὲν ὀμαλὸς ὁ γάμος [ἄφοβος],
 οὐ δέδία, μηδὲ κρείσσωνων
 θεῶν ἔρωσ ἄφοβον ἔμοι προσδράκοι μ'·
 ἀπόλεμος ὄδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος, οὐδ' ἔχω, τίς ἂν
 γενοίμαν· τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὀρῶ
 μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἔν.

rhythmus ne crebris solutionibus obscuretur, accentus vocabulorum prospiciunt. in gravissimo loco incessum suppressis brevibus tardari, paenultimum metrum anaclasi ornari quam familiare Aeschylō sit, non iam est quod moneam. peccatum est in primo versu; etsi enim ἄφοβος οὐ et δέδία μη/ ad iambos ita revocari possunt, ut prima utriusque metri syllaba suppressa esse dicatur, abhorret hoc a concitatissimis ceteroquin numeris. consentiantque plerique ἄφοβος iuxta οὐ δέδία omnino ferri non posse. cum igitur, utrum recidendum sit, iambi ostendant, acquiescendum videtur in eis quae dedi, quamvis per syntaxin haudquaquam facilibus. quae sic fere interpretanda sunt ἔγῳ δ' ἄφοβος μὲν εἰμι, ἐξ ὁμοίων γὰρ ἔσται μοι ὁ γάμος· κρείσσωνων δὲ θεῶν ἔρωσ μὴ προσβλέψειέ με· τούτοις μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἀντέχοιμι. re vera igitur Nereides propter Iovis licentiam in Io spectatam sibi timent.

In Supplicibus integrum carmen 776—824 e tribus strophis mere iambicis constat. quod cantatur, cum Danaides solae a patre relictæ impetum Aegyptiorum expectantes in ultimo discrimine

versantur, ita ut a cupidine mortis ad auxilium Iovis implorandum vix se erigant. his igitur affectibus iambos convenire putavit Aeschylus, cum iras formidines preces puellarum barbararum ionicis maxime aut dochmiacis carminibus exprimeret. strophā priuā 19 metra habet, quae usque ad catalexin continuari certe possunt; possunt etiam ita dirimi 3 3 3 4 6.; supprimitur subinde prior brevis; altera tantum in exordio; infringitur metrum paenultimum.

ὦ γὰρ βοῦνι, πάνδικον σέβας,
 τί πεισόμεσθα; ποί φνύγωμεν Ἀπίας
 χθονός, κελαιὸν εἰ τι κεῦθός ἐστί που;
 780 μέλας γενοίμαν καπνός νέφεσσι γειτονῶν Διός,
 τὸ πᾶν δ' ἔφαντος ἀμπετῆς αἰδνός ὡς
 κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν.

praeter emendationes vulgo receptas αἰδνός ὡς κόνις scripsi, ubi traditum est αἰς δόσως; de metro constat, nam in antistropho quin recte edatur πρὶν ἄνδρ' ἀπενκτὸν τῶδε χριμφθῆν(αι) χροί minime dubitandum est. atque adiectivum quod ad κόνις referatur in corruptis illis litteris latere artificiosa verborum collocatio docet. cum enim coniungenda sint τὸ πᾶν ἔφαντος ὀλοίμην, h. e. παντελῶς ἀφανισθείην (de interitu nimirum cogitant Danaides), et ἀμπετῆς ἄτερθε πτερύγων h. e. ἀναπτόμενος καίπερ ἄπερος ὢν, ea quae in medio enuntiato sunt necessario cohaerent, frustraque fuerunt qui synonymum vocabuli ἔφαντος, velut ἄστος, reponbant. αἰδνός autem κόνις obscura est, non ab innato colore ita vocata, sed quod luci officit dum surgit, donec a procellis abrepta pereat. hanc enim vim antiquae voci inesse et grammatici testantur, cum μέλαν ἢ ἀφανὲς τὸ αἰδνόν esse dicant, et poetae, Apollonius Rh. 1, 389, cuius αἰδνὴ κήκει λιγνός apprime huc convenit, et incertus quidem sed nobilis olim qui Oceania vada, quae circa Libyam esse ferebantur, πηλὸν αἰδνόν vocavit (Schneider Call. II. adesp. 220!).

Strophae alterius metra 18 aut cuncta aut certe praeter duos a principio trimetros reliqua continuanda sunt usque ad catalexin. omnia praeterquam quod prior brevis saepius supprimitur integre iambica sunt.

1) Adnotat Schneiderus Opplianum πηλὸς αἰδνός dixisse de limo (Hfal. 4, 245), imitatum scilicet ea quae de Oceano vadoso dicta esse scimus per Hesychium. πηλός αἰδνός Etymologus glossae αἰδνός addit, quam Orioni debet, quod recte videtur ad Opplianum referre. Is qui Theogoniam Hesiodicam carmine de Typhone auxit Aetnae nomen, quod fando perceperat, videtur Ἀιδνίην fecisse (SGO): quippe Aetnam respici probabile, Ἀίτνης ex αἰδνός facere et temerarium est et formam procreat inauditam.

πόθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν αἰθέρος θρόνος
πρὸς ὃν κύφελ' ὑδρηλά γίνεται χιῶν,

795 ἢ λισσὰς ἀγίλιψ ἀπρόσδεικτος οἰόφρων κρεμᾶς
γυπιάς πέτρα, βαθὺ πτώμα μαρτυροῦσά μοι
πρὶν δαίκτηρος, βίη κάρδιας, γάμου κυρῆσαι.

κύφελλα optime restituit Dindorfius, cum νέφηδ' traditum sit, nec vituperō, licet multis deriserit Hermannus, eiusdem κάρδιας, quamquam satis habui accentu notare, δι coalescere. praeterea interpuncti, nequis cum scholiasta κάρδιας male ad δαίκτηρος referret¹⁾.

Strophae tertiae, si antistrophum sequimur, 16 metra sunt, fortasse dirimenda in 4 ὁ 6. et medius quidem hexameter puros iambos habet; ultimus metra imparia inflectit, unum altera suppressa tardat; qui a principio est tetrameter de corruptela suspectus est, cum tria continua metra has formas exhibeant — ο ο ο ο —, soluto pede priore, — ο ο ο — anaclomenon, ο ο ο ο — priore brevi suppressa. quae omnia minime vitiosa sunt, sed coniuncta ab Aeschyli per tot versus spectata simplicitate mirifice distant. sed sententia nulli crimini obnoxia est, ὕβριν appositum est ad actionem verbi.

γένος γὰρ Αἰγύπτιον ὕβριν δύσφορον ἀρσενογενές

820 μετὰ με δρόμοισι διόμενοι φηγάδα μάταισι πολυθρόοις
βίαια δίζηται λαβεῖν.

σὸν δ' ἐπίκων ζυγὸν ταλάντου· τί δ' ἄνευ σέθεν θνατοῖσι τέλειόν ἐστιν;

de strophae exordio flagitiose corrupto difficillimum est dicere, cum ne antistropho quidem tuto insistamus. neque ferri potest transitus a prima persona (τίνα πόρον τέμω) ad imperativum (ἴψζε) vel ἴψζε), quo se ipsum compellet chorus. proxima vero Iovis invocatio vix obscurata est in libro Mediceo.

τέλεα δέ πως πελόμενα μοι λύσιμα μάχιμα τ' ἐπίδε πάτερ,
βίαια μὴ φίλοις ὀρῶν
ῥμμασιν ἐνδίκως, σεβίζου δ' ἰκέτας σέθεν γαι-
άοχε²⁾ παγκρατῆς Ζεῦ.

1) In antistropho male solent corrumpere quod Aeschylus egregie dixit τὸ γὰρ θανεῖν ἔλενθεροῦται φιλαϊάκτων κακῶν 'mori, hoc est liberari a malis'. ultimus tetrameter, cuius numeros atropha ostendit, cum talis traditus sit τίν' ἄμφ' αὐτὰς ἔτι πόρον τέμω γάμου λυτήρα, varie temptatus est, neque defuerunt qui intellegerent φηγάς subesse et aoristi requiri coniunctivum, sed occaecat plerosque superstitio, ut syllabatim strophas exaequandas esse credant. a qua qui liber est, facile restituit τίνα φηγάς <γάφ> ἔτι πόρον τέμω.

2) Aeschylus igitur γαιάοχος dici credebatur Iovem haud aliter atque πολιόδοχος appellatur. in eundem modum Ποσειδῶν ὁ γαιάοχος Sept. 310 explicandus est. re vera γαιάφοχος (Inscr. Gr. ant. 79) 'qui terram vehit' Neptunus ἰνοσίγαιος

traditum est ante *πῶς* (hoc accentu instructum) ex proximis repetitum *μοι*, deinde *μάχιμα δ'* et *φιλεῖς* et *ἐνδίκους*, quae postquam emendavi fere cuncta ab aliis iam inventa esse cognovi; sed sententiam illi non perceperant totam: 'pater (per quem unum omnia ad finem perveniunt, 824) utinam tu videas (visu tuo comprobés) ad finem aliquo modo (quomodo, hoc penes Iovem sit) pervenire ea quae fiunt (quae impetratum abiit Danaus), ut ego solvar, ut pro me dimicetur. tu enim, pro iustitia tua, bonis oculis non vides quae per vim fiunt (visus Iovis, de cuius vi supra egi, non favet sed invidet violentiae)'. chorus antea desperaverat de salute, mortem optaverat; nec tamen oblitus est, patrem arcessere Argivos, Argivos sibi subsidium pollicitos esse. ergo a Iove precatur ut rata fiant quae sperat, *λύσιμα καὶ μάχιμα*.

Etiam in Persis iambi minime frequentes sunt, neque integra strophæ ex eis ulla constat ante exitum, sed hic ut dissimilis Orestæ est ita Euripidis amœbaea cantica in memoriam revocat, qualia nuper enarravi. ecce conspectus vs. 1002—76: *a.* Xerxis 3 Chori 2 X. 2 Ch. 2 5. *b.* X. 4. Ch. 3. X. 3. Ch. 1 + X. 3 Ch. 2 X. pherecrateus Ch. pher. X. pher. Ch. 3. *c.* X. 3 Ch. 2 X. 2 Ch. 2 X. 2 Ch. et X. 1 Ch. 2 2. *d.* X. 3 Ch. 1 X. 3 1. Ch. 2. X. et deinde Ch. 3. *e.* X. 2 Ch. 1 X. 2 Ch. 1 X. 2. Ch. 2. X. *δοχμ.* Ch. 3 X. 2 δ 2 δ Ch. δ + 1 parvas periodos hiatus et syllaba anceps certo dirimunt. hiant saepe interiectiones, atque, id quod valde memorabile est, *ὄρῶ ὄρῶ* 1017 metron iambicum explet. *διάπρεπον* creticus est 1006, quod cum *κάρδιας* comparandum est, *δίανε δίανε* 1038 vel hoc superat, cum *δι* coalescens vocalem antecedentem non producat; pronuntiabatur igitur ut *δ* simplex ab Eleis et Rhodiis, qui *σᾶμα τόζ' Ἰθαμινεὺς* scribebant¹⁾. inflexa sunt tertium a fine metrum in strophæ *a*, tria intra secundam (1015. 16. 20. 29.

appellatus est propterea quia terra antiquissimis temporibus in mari natæ credebatur. titubasse Graecos postquam *ρίχειν* et *σίχειν* in unum verbum conflata sunt non mirum est. sed hodie talia melius intellegimus ipsis Graecis. tamen *τὸν ὄζοις γαίοντα* etiam nunc video commendari; quod veriloquium eo tantum memorabile est quod uno vocabulo ter in grammaticam peccat.

1) Haec pronuntiatio, nisi fallor, tandem explicat, quo pacto fieri potuerit, ut Romani *ρόδον rosam* facerent. nam quod pluralem neutrius et singularem feminini permiscuerunt, *Μίγαρα* Megaram appellare solent. audiebant igitur a Graecis florem *ρόζον* appellatum, atque *rosam* quam fortasse ante Appium Caecum scripserant postmodo *rosam* scribebant necessario. unde colligimus florem eis traditum esse a Graecis delta assibilantibus, quales Rhodii erant, quos cum Liparam occupasse tum ad Rhodani ostia et in Hispania *Ῥόδην* condidisse accepimus, hodie *Rosas* vocatam.

30. 32), paenultimum in tertia. prior brevis saepe supprimitur, altera in tertio ante finem metro strophae secundae (1025, ubi Ἰάων λαὸς οὐ φρυγίχμας unice verum est, et 1037) et quartae. sed inde a tertia strophā omnia proponenda sunt

- Ξ. δίαινε δίαινε πῆμα· πρὸς δόμονς δ' ἴθι.
 X. αἰαῖ αἰαῖ δὴα δὴα.
- 1040 Ξ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
 X. δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.
 Ξ. ἴνξε μέλος ὁμοῦ τιθείς.
 Ξ. X. ὄτοτοτοτοί.
 X. βαρεῖά γ' ἦδε συμφορά,
 1045 οἱ μάλα, καὶ τόδ' ἄλγῶ.
- Ξ. ἔρεσσ' ἔρεσσε καὶ στέναζ' ἐμῆν χάριν.
 X. διαίνομαι γοεδνὸς ὦν.
 Ξ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
 X. μέλειν πάρεστι, δέσποτα.
- 1050 Ξ. ἐπορθιάζε' νυν γόοις.
 Ξ. X. ὄτοτοτοτοί.
 X. μέλαινα δ' ἀμμεμειξεται
 οἱ στονόεσσα πλαγά.
- Ξ. καὶ στέρν' ἔρασσε κάπιβόα, τὸ Μύσιον.
 1055 X. ἄνι' ἄνια.
 Ξ. καὶ μοι γενεῖον πέρθε λευκήρη τρίχα,
 ἄπριγδα.
 X. ἄπριγδα μάλα γοεδνά.
 Ξ. ἀντεῖ δ' ὄξύ. X. καὶ τὰδ' ἔρξω.
- 1060 Ξ. πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῆι χερῶν.
 X. ἄνι' ἄνια.
 Ξ. καὶ ψάλλ' ἔθειραν καὶ κατοίκτισον στρατόν,
 ἄπριγδα.
 X. ἄπριγδα μάλα γοεδνά.
- 1065 Ξ. διαίνου δ' ὕσσε. X. τέγγομαί τοι.
 Ξ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι
 X. οἶοι οἶοι.
 Ξ. αἰακτὸς ἐς δόμονς κίε;
- 1070 X. ἰὼ ἰὼ [Περσὶς αἶα δύσβατος]
 Ξ. ἰὼὰ δὴ κατ' ἔστν.
 X. ἰὼὰ δῆτα, ναὶ ναί.
 Ξ. γοῶσθ' ἔβροβάται.
 X. ἰὼ ἰὼ, Περσὶς αἶα δύσβατος.

1075 Ξ . η η η η η τρισκάλοισιν
 η η η η βάρισιν ὀλομένα.

X. *πέμψω τοί σε δυσθρόοις γόοις.*

a memoria librorum aut scholiorum (1056 *πέρθε* sola recentia servarunt, nescio an e coniectura, *ὑπερθε* libri, *ἀμμεμίξεται* 1052 solus sub correctura *αὐ μ.* Laurentianus) haec tantum recedunt: 53 *οἱ* Lachmannus: *μοι*, 75 *ὀλομένοι*; 54 *κάπιβῶ* pronuntiandum est. at clamant editores cum alia tum epodum perditae esse corrupta, quid quod ullam fuisse negant epodum, quasi non multas in aliis tragœdiis haberemus iambicas, aut quasi modos et motus saltandi eosdem ab exeunte quidem choro repeti consentaneum esset. imo consentaneum est non antistrophica esse quaecumque ab exeunte quidem choro cantantur. ei autem qui fabulam scaenicam interpretaturus est hoc maxime propositum est, ut quid et quomodo in scaena actum sit, et videat tamquam spectator, et aliis monstret tamquam chorodidascalus. in Persis regia nulla est in scaena, tumulum Darei non iam curamus. versamur alicubi ante Susarum portas; vel mater Xerxi antequam regiam intret obviam ibit (850; de quo loco contra Nikitinum et Weilium aliquando verba facere in animo est), senes in via cum rege domum properante conveniunt. qui postquam sua et suorum mala multis lamentis deploravit, chorum domum ire iubet, atque hoc ubi iubet, carmen iambicum incipit (38). iubet ibidem chorum lamentis suis per lamenta respondere (40), quod iussum eisdem verbis non solum in antistropho (48), sed etiam in epodi principio (66) repetit. hoc ergo grave visum est Aeschylō. quippe rex a choro senum in urbem usque ad regiam deducendus est, ipse primus per *εἰσοδον* (sive *ἐξοδον* has fauces dicere mavis) scaena egredietur, comitabuntur eum senes, atque sicut actor cum choro eadem via incedit, ita modos et saltationem coniungunt: ea quae Xerxes prima iambica stropha cantat, novam illustrant actionem, qua locum rex sibi quaerit in fronte chori, dux pompae futurus. 42 autem imperat *ἔνθε μέλος ὁμοῦ τιθεῖς*, h. e. 'simul mecum canta'; ad quae chorus 'grave hoc malum, vae, et hoc doleo. *καὶ τόδ' ἄλγῶν*': quid tandem? nempe quod iussum a rege suo planctus suos planctibus regis miscuit. ergo ea quae interposita est interiectio *ὄτοτοτοτοῖ* ab omnibus cantatur. idem fit 51, neque quemquam, modo sensum habet, quam graviter hoc fiat, latebit. postquam iterum *ὄτοτοτοτοῖ* omnes cantarunt, chorus addit 'atra insuper addetur, vae, lugubris pectorum pulsatio'. tum Xerxes 'et pectora feri et vociferare, Mysio more'; ita enim v. 54 intellegendus et interpungendus est, *καὶ στήρ' ἕρασσε κάπιβῶα, τὸ Μύσιον*. qui ante τὸ *Μύσιον* non interpungit, nescio

quem Mysium clamorem planctibus addi iubet; nec tamen ulla sequitur interiectio. in proximis metri iambici leges eam quam dedi cfflagitant distinctionem: quae pentapodiam scilicet iambicam ἄπριγδ' ἄπριγδα μάλα γοεθνά nullam norunt. ac vide quanto haec praestent 'perde canos barbae tuae, carptim'. 'carptim quidem, sane flebiliter'. ita demum repetitio vim suam habet. tum Xerxes 'acriter vociferare', Chorus 'et hoc faciam', ἐρξω, futuro utitur, quandoquidem nunc quidem nihil eiulat. accuratissime omnia in antistropho respondent. tandem Xerxes ad propositum et se et chorum ita revocat, ut eadem imperet quae in carminis exordio sunt 'clamate mecum, ite domum, per urbem'. rectissime hoc, sunt enim extra urbem; et convenienter epodo: nunc enim decedere coeperunt ex orchestra. progrediuntur, saltant: tum Xerxes γοῦσθ' ἄβροβάται. quam egregium hoc: dum saltant ἄβρα βαίνουσι, sed funebri haec saltatio est. respondent Περσὶς αἶα δύσβατος. quamvis per patriae solum incedant, quamvis molliter saltent, dolet quod Persicam terram pulsant. nihil his aut brevis aut gravius. itaque infelix dominus acerrimo dolore percitus altissime tollit planetum 'vae quam dura incedenti est patria terra, postquam triremibus perdita infelix reddita est'. hac suprema voce emissa fauces scaenae ingreditur. chorus item spectatorum visui paene iam ereptus 'deducam te male ominatis questibus': futuro tempore ea satis descripta sunt quae intra urbem agentur. tragodia enim perfecta et absoluta est. vix eredo opus esse, ut pluribus commendem, quod e v. 69 verba male repetita sustuli, v. 75 ὀλόμενοι, quod omnino non intellegitur, ad nomen suum Περσὶς αἶα revocavi. sed de metro dicendum, dochmios paucos in ipso exitu commodissime inferri. incitiam eorum qui talem dochmii formam, qualis 72 est, fuisse negant satis coargui Herc. II² 219. ibidem de quadrisyllabis dochmii formis egi, quae hic admittendae sunt, si tradita servamus, quamquam in his interiectionibus nihil admodum certum est; sed quia per dochmii naturam tam multa et varia tolerari possunt, nos quidem ut quamvis infirmam teneamus librorum memoriam coacti sumus: ego certe ne dimetrum quidem dochmiacum πῆμψω τοί σε δυσθρόοισ(εν) γόοις, quantumvis placeat, restituere ausus sum.

Perlustravimus Oresteam refertam iambicis canticis, deinde tres fabulas, in quibus iambi non desunt quidem sed tamen rari sunt. quae restat, Septem adversus Thebas, bipertita est; coniunxit enim Aeschylus interitum Labdacidarum, rem vere tragicam, cum epica fabula, quae Septem duem cladem celebrabat, neque defendi possit, si quis Aristotele et Lessingio confisus actionis uni-

tatem neglexisse crimini ei dederit. quod in numeris non minus quam in rebus apparet. ex quo enim Eteocles scaenam reliquit fratri obviam iturus, omnia de Labdacidarum funesta sorte agunt, atque iambica omnia sunt cantica, ab amplissimo stasimo 720—90, quod Oresteae perfectissimos iambos aequiperat, usque ad amoebaea, Persarum exitus simillima. contra in priore parte, ubi de Thebarum obsidione agitur, lyrica quidem multa sunt, dochmiaca pleraque, sed in his iambica strophæ una hæc

μέλει, φόβω δ' οὐχ ὑπνώσσει κίεαρ· γείτονες δὲ κάρδιας
μέριμναι ξωπυροῦσι τάφρος·

290 τὸν ἀμφιτείχη λειῶν θράκοντας ὡς τις τέκνων

ὑπερδέδοικεν λεχαιῶν θυσεινάτορας πάντροφος πελειάς.

295 τοὶ μὲν γὰρ περὶ πύργους

πανθαμὲλ πανομιλεῖ

στείχουσιν· τί γένωμαι;

τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν

ἰάπτουσι πολίται

300 γεμάδ' ὀκρίεσσαν.

παντὶ τρόπῳ Διογενεῖς θεοὶ στρατὸν Καδμογενῆ ῥύεσθε.

305 ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίης πέδον τᾶσδ' ἄρειον, ἐχθροῖς

ἀφέντες τὴν βαθύχθον' αἶαν

ὑδωρ τε Διρκαῖον, ἐντραφέστατον πωμάτων

310 ὄσων ἴησιν Ποσειδᾶν ὁ γαῖαρχος Τηθύος τε παῖδες.

πρὸς τᾶδ', ὦ πολιοῦχοι

θεοί, τοῖσι μὲν ἔξω

πύργων ἀνδρολέτειραν

315 κάκαν, ῥίψοπλον ἄταν,

ἰμβαλόντες ἄρισθε

κῆδος τοῖσδε πολίταις

320 καὶ πόλεως ῥύτορες εὐδμοὶ στάθῃ' ὀξυγόις λιταῖσιν.

v. 290—94 in libris leviter obscurati scholiorum ope certissime restituti sunt. ad sententiam subaudiendum est *δέδοικα*, usus enim est Aeschylus in comparatione eleganti illa brevitate, quae multis nec tantum indoctis hominibus negotia facessere solet; sed sperandum est, copiosa Vahleni disputatione, quam viri celeberrimi beneficio accepi, dum hæc scribo, hunc errorem radicitus evulsum iri. v. 299 *πολίται* Buecheler, *πολίταις* libri. nunc demum pugnae imago perfecta est. Argivi portas aggrediuntur, atque portas ex arte munitis effici ut hostes *ἐν ἀμφιβόλῳ γίνωνται* quaevis arx Graecorum docet. Aeschylum siquis cum artis operibus contulerit, Etruscis maxime, quae Gustavus Koerte eruditissime enarravit,

narrationem omnibus subesse intelleget, quae ipsa moenia Thebarum ab Argivis oppugnata esse vellet, ita ut belligerandi mores ab Iliade longe recederent. quod magni momenti est ad aetatem Thebaidis illius definiendam, qua et poetae et artifices et historici in narranda septem ducum expeditione usi sunt. v. 315 postquam diu gavisus sum emendatione mea, κάκων ab Hermanno quoque inventum sed male ab ipso contemptum esse comperi. nam cum Laurentianus καταρίψοπλον primitus haberet, corrector idem substituit quod in reliquis libris est καὶ τὰν, quod neque verum neque tamen coniciendo inventum esse potest. καταρίψοπλος non debebat probari, siquidem miles fugiens arma non καταρρίπτει, sed ἀπορρίπτει, atque ῥίψασπις vulgo dicitur, non ἀπορρίψασπις. poeta dignum id est, quo duo substantiva suo utrumque adiectivo ornatum coniunguntur: ignaviam, quae viros perdit, dei Argivis iniicere iubentur, insaniam, qua capti arma abiciunt. ultimo tetrametro restituendo numeri optime prospiciunt. nam in strophā πόλιν καὶ στρατόν traditum est (στρατόν et πόλιν variae lectiones sunt), in antistropho εὔεδροί τε στάθῃτε, quae neque respondent inter se neque omnino iambica sunt. atque εὔτορες στάθῃτε εὔεδροι ita necessario intellegendum est, ut dei auxilio veniant Thebanis commodoque loco consistent, e quo urbem ab hostibus defendant. fertur vocabula male intrusa expulisse Paleius: hic igitur emendationis auctor laudetur.

De parte altera Thebaeae fabulae si verba facerem, ne integrum quidem prooemium sufficeret; necdum omnia satis intellego maxime in commo, cuius austera sublimitas Persarum simillima est. sed stasimi pulcherrimi numeros saltem explicabo, sententias et perspicio et admiror, enarrare vero non possem, nisi ut simul de totius fabulae vel potius trilogiae compositione agerem. a. 13 metra sive iambica sive choriambica claudit decasyllabus alcaicus.

720 πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοί-
αν παναληθῆ κακόμαντιν πατὴρς εὐκταίαν Ἑρι-
νὺν τελείσαι τὰς περιθύνους κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος.
παιδολέτωρ δ' Ἑρῖς ἄδ' ὀτρύνει.

b. 17 metra iambica sunt, quorum ultimus tantum trimeter sine incommodo separari potest. ecce antistrophus

742 παλαιγενῆ γὰρ λέγω παρβασίαν ὠκύποι-
νον, αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει(ν), Ἀπόλλωνος εὔτε Λαίος
βία τρεῖς εἰπόντος ἐν μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις
θνήσκοντα γέννας ἄτερ σῶζειν πόλιν —

numeri legentibus non iam difficiles erunt; strophā conspirat praeter quintum metrum, in quo uno altera brevis suppressa est,

traditur ibi *θάναω/σι καὶ χθο/νία κόνις*, neque nisi per vim καὶ γαῖα substituitur. verum licet haec labes tolli fortasse non possit, numerorum ordinem antistrophus intaetum servavit, foedumque, qui in hac est, hiatum strophæ non habet. quem una litterula addita sustulit ita ut simul sententiarum concinnitati subvenirem. multo enim praestat utrumque membrum verbo dicendi subiungi 'vetus delictum dico celeriter puniri, sed usque ad nepotes pertinere'. in fine antistrophæ sententiæ tenor abrumpitur (quod subinde Aeschylus sibi indulget) et in proxima strophæ de novo incipit; praestat fortasse cum Porsono δ' delere.

*κρατηθεῖς δ' ἐκ φίλων ἄβουλιᾶν
ἐγείνατο μὲν μῦθον αὐτῶ
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν, ὅστε ματρὸς ἄγνᾶν*
755 *σπείρας ἔρουραν ἴν' ἐρώφῃ δίζαν αἱματέσσαν
ἔτλα· παράνοια συνᾶγε νυμφίους φρενῶλεις.*

c. trimeter iambicus; enhoplium membrum; enhoplium una syllaba decurtatum cum ithyphallico; dimeter iambicus cum pherecrateo, enhoplus verus, i. e. in ithyphallicum exiens. haec nomina in praesentiarum satis sunt.

d. 9 metra iambica continuanda esse videntur, claudit tetrameter, paenultimo metro anaclomeno, primis duobus contractis, qua de forma ad Choephoron parodum dixi. adscribo antistrophum quia fere integra servata est;

*τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόδ' ἔθανύμασαν
θεοὶ καὶ συνέστιοι πόλεος (ὄ) πολύβοτος
εἴ αἰὼν βροτῶν, ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον
τὰν ἄρπαξάνδραν κῆρ' ἀφελόντα χῶρας.*

θεοὶ monosyllabum esse numeri docent; articulum Dindorfius supplevit. sic paratum est emendandae strophæ fundamentum, in cuius principio libri et scholia haec perquam inepta tenent *τέλεια γὰρ παλαιφάτων ἄρα βαρεῖται καταλλαγαί*. in quibus ἄρᾶν recuperare facile erat; quod dudum restitutum est. *τέλεια* requiri scholiastæ perspexerunt; abiectum esse metri gratia iota eur et quomodo dicant, nolo quaerere. vitii non immune esse *βαρεῖται* numeri ostendunt. at quæ tandem sententiæ est? 1). chorus modo dixerat se timere, ne cum regibus res publica interiret. huius timoris rationem verba corrupta indicant, in quibus ἄρᾶν καταλλαγαί secundum usum huius vocis nihil significat nisi devotionem, ratam factam, componi, dissolvi.

1) Extrema pars strophæ restituta est, postquam praeclaro acumine Buechelerus et Kirchhoffius τὰ δ' ἰδιό πινόμενος (πελόμεν' ὅς traditur) παρέρχεται invenerunt. sed in primis verbis sanandis horum usus nullus est.

iam utrum huc convenit 'τέλειαι εἰσιν αἱ τῶν ἀρῶν καταλλαγαί' cratae tandem sunt dirae' an βαρεῖαι αἱ καταλλαγαί 'graves sunt cum componentur dirae'? h. e. 'timeo urbi, nam dirae patris ut cratae fiant, intereundum est filiis Oedipi, et confici solent dirae cum magna clade'. ergo transponenda sunt adiectiva βαρεῖαι γὰρ παλαιφάτων ἀρῶν τέλειαι καταλλαγαί; quo facto numeri restituti sunt. nam τέλειαι bisyllabum admittere non vereor; μέλαιοi bisyllabum est 876, et Ag. 1458 νῦν δὲ τελέαν πολίμναστον ἐπληθίσω, modo bisyllabum sit τελέαν, nihil opus est demere, ut dimeter dochmiacus constet.

⚡ e. ἐπεὶ δ' ἀρτίφων ἐγένετο μέλεος ἀθλίων γάμων,
 ἐπ' ἄλλοι δυσφορῶν
 μαινομένα καρδίᾳ
 δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν
 πατροφόνω χερὶ τῶν κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη.

hexameter iambicus, cuius primo metro altera brevis deest, auribus blanditur; sequitur trimeter dactylicus, qui in ultimo versu cum trimetro iambico (qui ab anaclasi incipit) copulatus est (articulus enim procliticus). hos dactylos in iambica Euripidis strophā, Troad. 1183, nuper cognovimus. sed ambiguus est qui medius inter hos est οοοοοο οο—; de quo omnem suspicionem reticere mihi liceat, nam quae aliena admiscerentur iamborum naturam non tangunt. antistrophum sic scribendam esse aio, addita una littera

τέκνοις δ' ἀρ(χ)αίας ἐφήκεν ἐπικότους τροφᾶς, αἰαί,
 μικρογλώσσους ἀράς,
 καὶ σφε σιδαρονόμω
 διὰ χερὶ ποτε λαχέιν
 κτήματα. νῦν δὲ τρέω, μὴ τελέση καμψίπους Ἑρινύς.

numeri conveniunt, nam corripi diphthongum in interiectione αἰαί cum a ratione linguae excusatur, tum usu probatur: respondent infra 892 αἰαί δαιμόνιοι, αἰαί δ' ἀντιγόνων et 903 δι' ὧν αἰνομόροις, δι' ὧν νεῖκος ἔβα. sententia autem, quam lenissimo remedio restitui, magni momenti erit in quaerendis Aeschyleae tragoediae fontibus. susceperat Oedipus filii ob pristinum cibum (ἀρχαία τροφή dicitur sicut ἀρχαία φύσις Choeph. 281), cum a Polynice pro umero, carne regia, crus victimae accepisset. narrat hoc secundum Thebaidem Homeri doctissimus Oedipi Colonei commentator 1375.

• Verum de singulis canticis satis. de ipso numerorum genere paucis dicendum est, quod per Aeschyli Euripidisque tragoedias late regnare demonstravimus; Sophoclem quominus addamus nunc quidem spatii et temporis angustiis impedimur. ternas quater-

nasque strophas, centenos versus e iambis componi vidimus, quorum quamvis diversa species sit, natura tamen semper eadem est; vel clausulas stropharum inflexione aut imminutione quam alienis versibus admixtis cum ceteri poetae tum Aeschylus distinguere malunt. iam cum dialogus e trimetris iambicis *κατὰ στίχον* repetitis cantica cingat, numeros reapse eosdem manere et tantum a recitando ad cantandum, a puris ad inflexos aut imminutos iam-bos transiri apparet. vidimus etiam compluria cantica trochaica ab Aeschylō additis aut pluribus aut una strophā epodove iambica quasi coniungi cum dialogo; atque ipsa iamborum specie, maxime in epodis, mutata quasi ab alto descendit et in viam revertitur Aeschylus. quae omnia mihi videntur maxime memorabilia, quia neque casu neque per ludibrium fiunt, sed ex iamborum et tragoediae origine explicationem habent. nempe tragoediam ita natam esse constat, ut eum iambo, quem proprie ita appellamus, Ionico poeseos genere, choricum coniungeretur melos, quod cum nomine communi careret a specie quadam dithyrambum vocare solet Aristoteles. atqui chorica poesis aut omnes omnino aut hos certe iam-bos penitus ignorat. ergo cantica iambica simul eum dialogo ab Ionibus repeterunt tragoediae auctores Aeschylus Phrynichusque, repetita autem divina sua arte ad summum perfectionis deduxerunt fastigium, quod ante eos nemo ne divinaverat quidem. atque per hos maxime numeros nova tunc tragoedia suam formam, suam naturam assecuta est, *ἔσχε τὴν αὐτῆς φύσιν*, ut cum Aristotele loquar. alia res in trochaicis, quantumvis splendeant in Aeschylō. nam tetrametri quidem, iam ab Archilocho exculsi, cum trimetris iambicis fortasse iure componuntur, sed cantica raro tantum e puris constant trochaicis et dactylicis membris, quae aut intra aut iuxta trochaeos posita esse solent, originem suam profitentur; specie tantum a dactyloepitritis differunt, quorum genus ex una specie Pindarica minime aestimandum est. quid enim ad naturam numeri, quod modo dactyli, modo trochaei frequentiores sunt? itaque Aeschyleo more relicto ceteri tragici alias praefecerunt dactyloepitritorum formas: hoc est quod dieimus trochaeos ab uno Aeschylō coli. at iam-bos illos si sustuleris, tragoedia ipsa sublata erit. ne dochmiis quidem tantopere laudare ausim. quorum radicem Aeolicam esse, florem ab Atheniensibus Ionica arte et norma excultam esse constat, ita ut vere tragici numeri fierent.

Quae si vere disputata sunt, etiam dialectus illa semiionica qua dialogus utitur in canticis iambicis expectanda est; ac multa apud Aeschylum quidem a dorismo, quem falso vocant, ceterorum canticorum abhorrent. quae mutare ego certe non audeo, quam-

quam infirmam esse librorum auctoritatem probe scio, atque mox exaequata esse cantica omnia consentaneum est. nec tamen inutile esse in re critica factitanda expertus sum, ut et numerorum et vocabulorum origines memoria teneamus. poetas autem, sicut hodie, ita olim Athenis eam artem calluisse, qua et per delectum verborum et per formas eorundem certum colorem sententiis illinerent, et ipso sono ἦθος et πάθος exprimerent, is certe facile sibi persuadebit qui ut philologiae muneri satisfaciatur versus et componere et limare temptaverit.

Quae de iamborum tragicorum origine rationibus modo demonstravi, testimoniis adstruere haud difficile est. et eam quidem speciem quae alternis choriambis dimetros quasi efficiat Anacreonteam esse et res docet et gravissimum testatur scholion Promethei parado adscriptum. cui quod fidem hodie plerique derogant, opinioniones suas ab historia refutari inviti consentunt. alios iambos Anacreo non multos habet, plurimos, puros maxime, Alcman, quos cum Ionibus debere, Lydiae accolis, veri simillimum est. Epicharmus et ante eum Aristoxenus, Megarenses ab Hybla ambo, iambos faciunt in Sicilia, sed, quantum quidem mihi innotuit, in dialogo tantum et ad Archilochi modum. traditum vero est fuisse etiam chorum *λαμβιστῶν* Syracusis ¹⁾, et trimetros. cantant chori Spartani *ἀμέζ ποτ' ἡμέζ καρτεροί νεανίαί* etc. et popularis versiculus *ποῦ μοι τὰ ῥόδα, ποῦ μοι τὰ ἴα, ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα* natus est extra Ioniam inter gentem, in cuius ore vani nondum penitus perierat. neque is sum qui sexto saeculo Doriensibus ignotos fuisse aut peregrinos visos esse iambos credam, licet ex Ionia receptos. nam quod de omni aedificandi fingendi pingendi arte archaeologi praeclare docuerunt, ex Asia venisse artes atque receptas Argis Chalcide Corinthi deinceps a cultissima quaque gentium Graecarum pro ingenii et moribus singulorum exultas esse, hoc ad omnes artes et litteras et omnem omnino vitam pertinet. nobis autem, qui litterarum et rerum publicarum historiam contexere instituinus, nisi stulti sumus, vestigia archaeologorum premenda sunt, quibus et plurima et maxime sincera documenta praesto sunt. sed tamen Aeschylus iambis suis exempla non e longinquo petere cogebatur, cum domi prostarent. hoc docet comoedia Attica, siquidem eisdem plane, quantum quidem ad naturam numerorum, iambis utitur, neque

1) Athen. V 181e, ut videtur, e Timaeo, cuius nomen antecedit. interpositus Athenaeus haec, e Dioscoride, nisi fallor, disputationi quam Herodius de Homero instituerat.

anaciasi neque brevium suppressione abstinēt. pauca saltem exempla apponere iuvat Av. 851—58

ὄμορορθῶ, συνθέλω συμπαραινέσας ἔχω
 προσῦδια μεγάλα σεμνὰ προσίεναι θεοῖ-
 σιν, ἕμα δὲ προσίτι χάριτος ἔνεκα προβάτιόν τι θύειν.
 ἴτω ἴτω δὲ Πυθιάς βοῶ θεῶ.
 ξυναυλείτω δὲ Χαίρος ᾠδῆ.

11. 6. metra sunt, et clausula maxime speciem tragicam habet. sed haec ad Sophoclis Peleum adumbrata esse dixeris, quam fabulam respici parum dilucidum scholion adfirmat. audi haec quae inter solitos dimetros sunt Av. 410—18

τύχης δὲ ποίας κομίζει ποτ' αὐτῶ πρὸς ὕρ-
 νιθας ἔλθειν ἔρωσ

sequitur alter hexameter eundem in modum formatus. luculentissima omnium haec Acharnensium stropa est

Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος τὸν ξυγγραφῆ τὸν μελέων ποιητήν,
 ὡς μὲν ἀπλῶ λόγῳ, κακῶς ἐξολέσειεν ὁ Ζεὺς.
 ὅς γ' ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέλυσ' ἔδειπνον.
 ὃν ἔτ' ἐπίδομι τευθίδος δεύμενον, ἢ δ' ᾠπημένῃ
 σίζουσα πάραλος ἐπὶ τραπέζης κειμένη
 ὀκέλλοι· κῆτα μέλλοντος λαβεῖν
 αὐτοῦ κῶαν ἀρπάσασα φεύγοι.

5. 4. 5. 13. choriambi ordiuntur, more Anacreonteo. deinde rapidi currunt iambi, sed ubi loligo tenerrime cocta de mensae marginē, ubi iuxta salinum posita est, labascit et humum decidit, cani iucundissima praeda futura, ibi Aristophanes ad risum excitandum non minus divine quam in rebus seriis Aeschylus suppressione alterius brevis syllabae ac deinde prioris utitur. clausula denique tragico cantico non minus conveniret.

Popularium cantilenarum modus a comoedia referri cum omnino tum ibi verisimile est, ubi eadem stropa eaque simplicissima saepius repetitur, velut in Acharnensibus 836—59 quater haec: 4. 4. 6 cum clausula Reiziana. aut in Ranis 416—39 octiens 2. 2. 3, et 398—403 ter 3. 3. 5 cum ephymnio, quod tria integra metra explet. et hae quidem cantilena, quae pueros habent iambos, illam exhibent periodorum dispositionem, quae stropham antistrophum epodum in nuce ut aiunt continet. quem morem in iambis quidem tragoedia spernere solet, ne nimis volgaria facere videatur. magni vero momenti quod Ranarum fabula mystas inducit, Iacchum celebrat, solemnem in Cereris festis *ιαμβισμὸν* imitatur. ita enim ad eam devenitur religionem, Ionibus sanctissimam, e qua iambi nomen acceperunt et Archilo-

chus libertatem maledicentiae suae procuravit. *λαμβισμός* nihil ad Aeschylum; sed quod mystae ad iambicos modos in pompa sacra incedunt, nihil iam habet lascivi aut ridiculi. quae Iaccho conveniunt, Baccho non indigna sunt, novimusque iambicas cantilenas in sacris Bacchicis solemniter cantatas cum alias, Semi Delii diligentia servatas¹⁾, tum invocationem Phaetis, quam Dicaeopolis Dionysiis rusticis cantat. quae omnia e puris constant iambis. tamen ithyphallici versus nomen documento est, in iambis illis etiam supprimi solitam esse syllabam brevem. quis enim dubitabit, quin versus tales, quales cum alibi tum in Vesperum parodo Aristophanes *κατὰ στίχον* composuit *τὸν πηλὸν ὦ πάτερ πάτερ τουτοὺ φύλαξαι* aut Euripides tragoedia dignos habuit (fgm. 929), non solum ab origine, sed etiam secundum horum poetarum sententiam vere iambici fuerint tetrametri. sed ithyphallicum carmen in Demetrii regis honorem compositum, quod Demochares in historias suas rettulit (Athen. 253), trimetro iambico verum subiungit ithyphallicum, hiatus enim in fine trimetri admittit. vel extra Bacchicam religionem iambi in formulis sacris sollemnes sunt, velut ante libationem diei *τίς τῆδε*, *πολλοὶ κάγαθοί*, post eandem *ἐκκέχται*. *κάλει θεόν* Aristophanes commemorat (Pac. 968. Ran. 479). itaque ne anacalasis quidem ab usu vulgi recedit.

Peculiarem iamborum speciem amoebaea tragica nobis obtulerunt. amoebaeis iambicis Acharnenses item finiuntur, atque Dicaeopolis victor a choro deductus similis est Xerxis, quatenus *κῶμος* et *κομμός* congruere possunt. cum enim et tragoedia et comoedia primitus ita terminarentur, ut chori saltantes cantantesque de scaena decederent, fieri non poterat, quin poetae eis modis uterentur quae in pompis sacris usu venirent, et Aristophanes quidem *κῶμον* imitatur. cuius iambicos versiculos cantilena Olympica *τῆμελλα καλλίνικε* ostendit, falso ad Archilochum relata. at Bacchica laetitia a naeniis tragicis procul abest. itaque harum exemplar alibi quaerendum est. quodsi planetus Thebanorum in funere Oedipi filiorum, Xerxis in deplorando exercitus interitu, Troadum in urbis totius excidio iambis offerri videmus, quod Choeophori et dum sacra ad tumulum deferunt et dum Agamemnonis acerbum funus describunt, quod Peleus in Euripidis Andromacha ad corpus Neoptolemi, Orestes et Electra in eiusdem Electra ad

1) Apud Athenaeum XIV 622c; quam idem paullo antea commemorat ithyphallicum cantilenam trochaicam esse in Kaibelii Athenaeo docui. idem Semus apud Athen. III 109f trimetrum iambicum laudat in Thesmorphoriis recitari solitum. esse huic Semum Cosmiadis f. in titulis Delii extrema reip. aetate exaratis saepe commemoratum veri simillimum duco.

matris corpus iambica cantant, eo adducor, ut legitimos hos numeros in naeniis Atheniensium fuisse credam. pompas enim funebres maximo cum apparatu et opulentissime et religiosissime antiquitus ab Atheniensibus institutas esse vascula picta luculenter demonstrant, neque obmutuerunt naeniae, cum Solonis sapientia nimiam funerum luxuriam recidisset. testimonia quidem me deficiunt, sed nescio an ipsae interiectiones *ala! ala!, iō iō, παπα!, δροτοτοροί!*, iambicum numerum testentur, haud secus quam *έλελεῦ* anapaestis convenit, qui exercitibus impetum facientibus accinebantur ¹⁾.

Peculiaris denique iamborum forma ea est, qua plurimi et fere puri sine pausa decurrunt; tales iambos Agamemnonis canticum alterum epodo insigne et Promethei epodus nobis obtulerunt. rursus convenit comoedia, in cuius parabasi sollemnis pars *πύργος* vel *μακρόν* vocatur, sed eadem *πύργη* in illis scaenis plurima sunt quas Zielinskius *ἀγῶνας* haud inepte nominavit. excipi videmus scaenam e tetrametris sive iambicis sive trochaicis sive anapaesticis constantem a magno eorundem metrorum numero usque ad catalexin sine pausa continuatorum. haec quoque non ab Atheniensibus demum inventa esse sed in cantilenis popularibus diu antequam scaenica poesis effloresceret viginisse Alcmanis potissimum reliquiae docent (fgm. 76, etiam 24). et tragoedia quidem in eisdem fere finibus atque lyrica poesis se continuit; auxit idem ita ut plane novum et peculiare carminum componendorum genus efficeret comoedia. nimirum tragoedia ita exorta est ut duas litterarum formas dudum perfectas coniungeret, iambum et melos; transitum ab uno ad alterum per illos quos pertractavimus iambos fieri nunc liquido, opinor, apparet. sed comoedia, quae iambicas scaenas cum eas, quae parbasin excipere solent, tum prologum a tragoedia demum mutuata est, suam et novam sibi formam creabat, lascivae choreutarum et phallophorum actioni convenientem. nam phallophori sunt antiquissimi histriones, fascino coriaceo abdomine podice insignes. quos in patria sua inter Dorienses pauca verba sine arte sine numeris icuisse probabile est, quem ad modum inter Italos multa per saecula fiebat. hanc comoediam

1) Duemmlerum nuper docte et sagaciter de elegia disputasse haud ignoro, quam rursus ille cum elegis coniungere studet. sed hanc opinionem metrica ars non admittit. elegia enim ex heroico versu derivata est, a pompa funebri alienissimo; neque conveniunt interiectiones. praeterea neque hexameter herous neque elegiacum distichon populares erant numeri, sed a doctis poetis exculsi, sicut fumum vendunt, qui Homericam rhapsodorum musam popularem esse iactant, ita res metrica ab eis perturbata est, qui eam ab heroico versu tamquam a fonte repetiverunt.

vere Megarensē, veram Atellanam, rudem et incompositam cum poetae Athenienses Ionica et arte et elegantia eatenus excolerent, ut tragoediam sororem non dedeceret, nova etiam numerorum componendorum arte opus erat. hinc illi tetrametri, hinc *πνίγη* illa nata sunt. sed de comoediae Graecae originibus quaestio funditus instauranda est, postquam praeclara archaeologorum inventa terminos ab Aristotele positos everterunt. atque cum omnis omnino rerum Graecarum memoria, tum ea quae ad vitam mores litteras saeculorum VII et VI pertinet, tantopere aucta est et in dies augetur, ut non iam acquiescere liceat in forma olim per summos viros Welckerum et O. Muellerum delineata. sunt quidem alia multo graviora, nec tamen nulla auctoritas metricae artis erit, modo ad historiae leges sanas et severas revocetur, quas in linguae historia dudum observamus.

Dabam a. d. VIII. Kal. Iul.



3 2044 020 053

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

344958
CANCELLED

DUE MAR 1998

WIDENER
OCT 09 1998
BOOK DUE
CANCELLED

